DE
IMAGINATIONE DISQUISITIO
EX ARISTOTELIS LIBRIS REPETITA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE UNIVERSITATIS LIPSIENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRIDERICUS OTTO SCHIEBOLDT

ALTENBURGENSIS.

LIPSIAE.

TYPIS ALEXANDERI EDELMANNI,

TYPOGRAPHI UNIVERSITATIS.

1882.

Dissertatio haec iam a. 1878 ordini philosophorum Lipsiensi et tradita et probata est.

IMMANUELI KANTII

MANIBUS

SACRUM.

Curriculum vitae.

Natus sum, Fridericus Otto Schieboldtius, a. d. IV. Non. April. anni h. s. L. Criebitzschii in pago Altenburgensi patre Godolobio matre Guilelmina e gente Schlentzigiana, quibus superstitibus maxime laetor. Postquam primis litterarum elementis in schola civica, quae dicitur, Altenburgensi imbutus sum, receptus sum in gymnasium Iosephinum Altenburgense, quod Henr. Fossio directore carissimo mihi praeceptore tum floruit. Examine probatus a. CIↃIↃCCCLXXV. academiae Lipsiensis civibus a rectore magnifico Baurio adscriptus sum ibique interno amore ad litterarum studium adductus per sexies sex menses philosophiae studiis deditus interfui scholis Biedermannii, Braunei, Curtii, Drobischii, Ecksteinii, Heinzei, Hermannii, Hildebrandii, Hirzelii, Huebschmannii, Langei, Marbachii, Ritschelii, Voigtii, Zarnckei; ad exercitationes philosophiae aditum Heinzeus benigne mihi concessit. Quibus omnibus viris optime de me meritis hic palam gratias ago quam maximas semperque habebo.

Curriculum vitae.

Aristotelem de imaginandi facultate inter omnes constat ea ingenii subtilitate disseruisse, quae non solum vetustis illis temporibus aequales eius omnesque eos qui postea in arte philosophandi versabantur maxima admiratione affecerit, sed etiam nostra aetate iustis landibus efferatur. Verumtamen ea quae de vi imaginandi docuit maximam partem in scriptis eius multis dispersa latent; nam tertium caput libri de anima tertii, quo accuratius vim imaginationis explicuit, minime sufficere videtur, ex quo intellegamus, qualem Aristoteles sibi finxerit imaginationem. Quae quum ita sint, facile elucet non esse cur miremur, quod et veteres commentatores et ii qui his temporibus Aristotelis rationem philosophandi investigaverunt inter se discrepant, quid Aristoteles imaginationem esse putaverit, quae vis ei tribuenda sit, quo modo ea cum reliquis animae facultatibus cohaereat. Cum igitur multa hac de re inveniantur quae adhuc parum accurate perlustrata sunt, hic libellus, quo adumbrare certe rem conatus sum, in litteris locum suum teneat. Scilicet, ut invenias, quid sibi velint loci omnes ad imaginationem pertinentes, accurate eos inter se comparandos esse opinor. Quo investigandi modo minime spero effectum iri, ut omnes de vera Aristotelis sententia inter se consentiant; alium enim alio quodam modo suis rerum notionibus accommodato res propositas intellegere puto. Sed si praeterea recto iudicio examinaveris ea, quae ab iis patefacta sunt, qui idoneo ingenii acumine praediti subtiliter verum investigare conati sunt, pervenias forsitan ad eam scientiam, quam Aristoteles cum summa necessitate coniunctam esse docuit.[1])

1) Anal. post. 71ᵇ 15; ib. I, 2.

Ante omnia, ut haec quaestio a definitione, quid sit imaginatio, oriatur, eos qui in libris Aristotelicis ad *φαντασίαν* pertinent locos primarios hic adponendos ac diligentius illustrandos esse apparet, ita ut Aristoteles, quippe quod magni momenti sit, ex Aristotele ipso recte intellegatur. — In libris de anima imaginatio ab Aristotele inter sensuum perceptiones et mentem vel cogitandi facultatem (*διάνοιαν*[2]) media interposita invenitur, de an. 427b 16: *φαντασία γὰρ ἕτερον καὶ αἰσθήσεως καὶ διανοίας· αὐτή τε οὐ γίγνεται ἄνευ αἰσθήσεως, καὶ ἄνευ ταύτης οὐκ ἔστιν ὑπόληψις.*[3]) Quo loco in universum quidem Aristoteles dicit, quem locum *φαντασία* inter animae facultates teneat, sed essentialia, ut hic voce Wolffiana utamur, quibus imaginatio determinatur, non iam enumerantur.

Priusquam Aristoteles quid sit imaginatio docet, explanat clarius quid non sit. *Imaginatio neque idem significat ac sensuum perceptio neque idem atque cogitandi facultas.* Quinque argumentis demonstrare conatur, cur imaginatio perceptio esse non possit: Primum sensus, ut percipere possit, semper rebus obiectis eget, id quod in imaginationem non cadit; deinde sensus semper nobis adest, non semper imaginatio; tertium est,

2) cf. Bonitz, ind. Ar. Berol. 1870 p. 186a 60: 'ἡ *διάνοια* ipsa actio cogitandi, distinguitur quidem ab ea sententia et persuasione, ad quam cogitando pervenitur: *ἡ διάνοια οὔπω φάσις· ἡ δόξα οὐ ζήτησις ἀλλὰ φάσις τις ἤδη* H. ζ. 10. 1142b 12. cf. *διανοεῖσθαι* dist. *ὑπολαμβάνειν* Trendelenburg, Arist. de an. Berol. 1877, p. 469, sed saepe *διάνοια* cum actione simul effectum (*τὴν δόξαν, τὴν ὑπόληψιν*) comprehendit.'

3) Apparet vocabulum, *ὑπόληψιν* h. l. interpretandam esse per *διάνοιαν*, quod opponitur *αἰσθήσει*, quamquam *ὑπόληψις* et *διάνοια* alioquin differunt. Conferas hac de re Trendelenburg Ar. de an. p. 372: *διάνοια* enim universam cogitandi facultatem significat, *ὑπόληψις* singulas, quamquam diversas, statuendi rationes uno nomine comprehendit.

quod omnibus animalibus sentiendi facultatem inesse oportet, non omnibus imaginationem;[4]) quartum, quod sensuum perceptiones semper verae, imaginationis species magnam partem falsae sunt; loquendi usus denique idem sentit, quum v. *φαίνεσθαι* h. l. 'videri' ad incerta nec subtiliter cognita significanda usurpetur.[5]) At illa singula, ut quatenus cum ea quam aliis locis invenias Aristotelis doctrina consentiant, cognoscamus, hic accuratius definienda ac via et ratione dilucidanda esse putamus. Si enim diligentius argumenta illa perlustraveris, nullum nisi primum illud verum esse atque cum ceteris locis, quibus Aristoteles de imaginatione egit, convenire intelleges. Nempe illico perspicuum est re aliqua obiecta sensuum instrumenta affici necesse esse, si perceptionem, *αἴσθησιν* habere velis, id quod in imaginationem non cadit.

Nam quod Aristoteles dicit imaginationem non omnibus animalibus inesse, dubitari potest, annon id recte dicatur; non enim ante definitionem *φαντασίας* ad finem perductam recte dici potest, quibus animalibus imaginatio insit, quibus desit; imaginationis definitio autem sequentibus demum absolvitur. Praeterea aliis locis[6]) omnibus animalibus imaginatio tribuitur, cf. de an. 433ª 10: *πολλὰ γὰρ παρὰ τὴν ἐπιστήμην ἀκολουθοῦσι ταῖς φαντασίαις, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις οὐ νόησις οὐδὲ λογισμός ἐστιν, ἀλλὰ φαντασία.* Ex ea denique ratione, qua Aristoteles vim et naturam imaginationis describit, sequitur omnibus ani-

---

4) de part. an *γ*. 4. 666ª 34: *τὸ μὲν γὰρ ζῷον αἰσθήσει ὥρισται κτλ.* ib. 647ª 21 sq. et al.

5) de an. 428ª 5: *ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν αἴσθησις, δῆλον ἐκ τῶνδε. αἴσθησις μὲν γὰρ ἤτοι δύναμις ἢ ἐνέργεια, οἷον ὄ ις καὶ ὅρασις, φαίνεται δέ τι καὶ μηδετέρου ὑπάρχοντος τούτων, οἷον τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις. εἶτα αἴσθησις μὲν ἀεὶ πάρεστι, φαντασία δ᾽ οὔ. εἰ δὲ τῇ ἐνεργείᾳ τὸ αὐτό, πᾶσιν ἂν ἐνδέχοιτο τοῖς θηρίοις φαντασίαν ὑπάρχειν· δοκεῖ δ᾽ οὔ· οἷον μύρμηκι ἢ μελίττῃ ἢ σκώληκι* (Torstrik et Belger: *οἷον μύρμηκι μὲν ἢ μελίττῃ, σκώληκι δ᾽ οὔ*). *εἶτα αἱ μὲν* (sc. *αἰσθήσεις*) *ἀληθεῖς ἀεί, αἱ δὲ φαντασίαι γίνονται πλείους ψευδεῖς. ἔπειτ᾽ οὐδὲ λέγομεν, ὅταν ἐνεργῶμεν ἀκριβῶς περὶ τὸ αἰσθητόν, ὅτι φαίνεται τοῦτο ἡμῖν ἄνθρωπος· ἀλλὰ μᾶλλον, ὅταν μὴ ἐνεργῶς αἰσθανώμεθα, τότε ἢ ἀληθὴς ἢ ψευδής.*

6) de an. 434ª 6: *ἡ μὲν αἰσθητικὴ φαντασία, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἐν τοῖς αλλοις ζῴοις ὑπάρχει, ἡ δὲ βουλευτικὴ ἐν τοῖς λογιστικοῖς.* ib. 434ᵇ 29 sq. et al.

malibus imaginationem, inferiorem saltem, tribuendam esse. Cuius argumenti rationem clarius ut perspicias, perpauca tantum liceat hic apponere eorum quae infra[7]) uberius explicata sunt. — Ubi enim Aristoteles omnibus animalibus imaginationem inesse negat, eam in animo habet imaginationem, quam aliis locis φαντασίαν λογιστικὴν appellat.[8]) Dilucidius iam perspexit notionem imaginationis Aristotelicam Herm. Schellius, qui de hoc loco eandem fere quam ego sententiam explicat.[9]) — Etiam Campius[10]) docet ex Aristotelis sententia *verisimile* esse inferioribus quoque animalibus illam φαντασίαν αἰσθητικὴν eamque ἀορίστως inesse. Sed Campii argumentum perspicuitate carere mihi videtur: l. c. p. 124 not. 2 „Unter der Vorstellung, welche allen Thieren zukommt, versteht Aristoteles wahrscheinlich die mit der äusseren Wahrnehmung verbundene, nicht die von der Wahrnehmung getrennte d. h. durch das Gedächtniss conservirte Vorstellung. Es geht diess auch daraus hervor, dass er de somno 2. 455ª 7 f. gewissen unvollständigen Thieren den Tastsinn geradezu abzusprechen scheint, und sich dafür auf die Schrift über die Seele III, 11, d. h. auf die soeben erwähnte Untersuchung bezieht.“ — Ubi enim αἴσθησις non est, ibi certe neque φάντασμα neque omnino φαντασία αἰσθητική. Sane verba de somn. 455ª 7: τὴν δ' ἁφὴν καὶ τὴν γεῦσιν ἅπαντ' ἔχει (sc. θηρία), πλὴν εἴ τι τῶν ζῴων ἀτελές — per se dubitationem habent, utrum Aristoteles etiam infimis animalibus tactum vel percipiendi

7) cf. p. 50 sqq.

8) cf. not. 6.

9) H. Schell, die Einh. des Seelenl. aus d. Principien der Ar. Philosophie entwickelt, Freib. i. Br. 1873. p. 210: „Die Phantasie, ohne welche kein Begehren ist, III, 10. 433ᵇ 28, ist allgemeiner zu nehmen, da ja aus der fortdauernden Sensation ein Begehren entstehen kann. Vielleicht ist die Phantasie, welche allen Thieren zukommt (de an. II, 2. 413ᵇ 22.), das Festhalten der Sensation, jene, welche nur einigen zu Theil wird, das selbstständige Wiederholen der Sensation III, 10. 433ª 12; Metaph. 1, 980ᵇ 26; Eth. Nic. VII, 5. 11. 47ᵇ 5.“ — Sed videndum est, ne imaginationem hac angusta definitione contineas, ut eam tantum imaginationem esse putes, qua sua sponte anima imagines menti afferat.

10) Die Erkenntnisstheorie des Ar. von Dr. Ferd. Campe, Leipz. 1870.

facultatem tribuerit necne, sed ea quae sequuntur verba omnem tibi dubitationem de vera Aristotelis sententia eximere debent, ib. 455ª 8: *εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν* (sc. *ἀτελῶν θηρίων*) *ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς*, quae verba ut recte sensit Campius, caput undecimum libri tertii de anima respiciunt. Ibi autem 433ᵇ 31: *Σκεπτέον δὲ καὶ περὶ τῶν ἀτελῶν, τί τὸ κινοῦν ἐστίν, οἷς ἁφὴ μόνον ὑπάρχει αἴσθησις .... ἡ μὲν οὖν αἰσθητικὴ φαντασία, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις ὑπάρχει, ἡ δὲ βουλευτικὴ ἐν τοῖς λογιστικοῖς* — disertis verbis Aristoteles omnia animalia et tactum et, id quod inde efficitur, *φαντασίαν αἰσθητικὴν* habere docet. Quam ob rem Campius in dubium vocare debebat, utrum verba: *πλὴν εἴ τι τῶν ζῴων ἀτελές* — ab Aristotele revera scripta essent, an potius corruptela statuenda esset.[11]) Porro verba Campii (l. c. p. 124. not. 2 ad fin.: „Aber Wesen ohne Tastsinn sind überhaupt keine Thiere mehr; die Lösung ist also wohl diese, dass ein Sinn, welcher kein deutliches Bewusstsein seiner Thätigkeit hervorzurufen vermag, der überhaupt nur in einem gewissen Grade als Sinn betrachtet werden kann (wie z. B. der Schwamm nur eine gewisse, eine Art von Wahrnehmung zu haben scheint, hist. an. I, 1. 487ᵇ 9 f., manche Schalthiere eine schwache Sinneswahrnehmung besitzen VIII, 1. 588ᵇ 17 f.), in gewisser Weise Sinn, in gewisser Weise nicht, oder so gut wie keiner ist" — neque sententiam Aristotelis verborum (Hist. an. 487ᵇ 9: *δοκεῖ δὲ καὶ ὁ σπόγγος ἔχειν τινὰ αἴσθησιν.* 588ᵇ 16: *ὅλως δὲ πᾶν τὸ γένος τὸ τῶν ὀστρακοδέρμων φυτοῖς ἔοικε πρὸς τὰ πορευτικὰ τῶν ζῴων. καὶ περὶ αἰσθήσεως, τὰ μὲν αὐτῶν οὐδὲ ἓν σημαίνεται, τὰ δ' ἀμυδρῶς,*) plane referunt, neque rem ipsam explanant Aut enim animalia *αἴσθησιν* habent, aut non habent; si autem habent, tum certe *φαντασίαν αἰσθητικήν.* — Verba autem huius argumenti: *οἷον μύρμηκι ἢ μελίττῃ ἢ σκώληκι* (sc. *οὐχ ὑπάρχει ἡ φαντασία*), quae omnibus codicibus praebentur, Torstrikius, quem Christianus Belgerus sequitur,[12]) secundum vestigia Themistii et Sophoniae emendavit, ita ut scriberet: *οἷον μύρμηκι ἢ μελίττῃ, σκώληκι δ' οὔ.* Recte Torstrikius

11) cf. et. Bonitz ind. Ar. 604ª 17 sqq.

12) in editione altera libri Trendelenburgiani: Aristotelis an. Berol. 1877. p. 377.

verba Bekkeri correxit, quae ne superioribus quidem animalibus imaginationem quandam tribuunt (sc. *φ. αἰσθητικήν*) et iis quae alibi hac de re inveniuntur Aristotelis iudiis repugnant. Iam supra demonstravimus *omnibus*, etiam infimis, animalibus *φαντασίαν αἰσθητικὴν* inesse; quae imaginatio illo loco: *οἷον μύρμηκι ἢ μελίττῃ ἢ σκώληκι* sc. *οὐχ ὑπάρχει ἡ φαντασία* dici non potest, sed *φαντασία βουλευτική*; qua re Bekkeri verba emendanda sunt. Sed si hoc loco *φαντασίαν* interpretaris *βουλευτικήν*, quam *superiora* tantum animalia, *ζῷα λογιστικά*, habent (cf. de an. 434ᵃ 6), et Bekkeri verba servas, in repugnantiae difficultatem incidas. Nam verba de part. an. 650ᵇ 24: *διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τῶν ἀναίμων ἔνια συνετωτέραν ἔχει τὴν ψυχὴν ἐνίων ἐναίμων, καθ' ἅπερ εἴρηται πρότερον, οἷον ἡ μέλιττα καὶ τὸ γένος τὸ τῶν μυρμήκων κἂν εἴ τι ἕτερον τοιοῦτόν ἐστιν* — ib. 648ᵃ 5: *διὸ καὶ μέλιτται καὶ ἄλλα τοιαῦτα ζῷα φρονιμώτερα τὴν φύσιν ἐστὶν ἐναίμων πολλῶν* — Eth. Nic. 1141ᵃ 26: *διὸ καὶ τῶν θηρίων ἔνια φρόνιμά φασιν εἶναι, ὅσα περὶ τὸν αὑτῶν βίον ἔχοντα φαίνεται δύναμιν προνοητικήν.* — Metaph. 980ᵇ 22: *καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα* (sc. *οἷς ἐγγίγνεται ἡ μνήμη*) *φρονιμώτερα καὶ μαθητικώτερα τῶν μὴ δυναμένων μνημονεύειν ἐστίν* — Aristotelica esse constat. Illam igitur emendationem Torstrikius suo iure tenet, sed quae ad eam comprobandam affert, ea parum ad persuadendum accomodata videntur esse. (cf. Torstr. ed. Ar. de an. comm. p. 172: „Quum bestiae neque *δόξαν* habeant neque *νοῦν* [429ᵃ 6. 434ᵃ 5 sqq. Hist. an. A. 488ᵇ 24.], qua tandem animi facultate efficitur artificiosa illa ac mirabilis illorum animalium vita, si ne memoria quidem praedita sunt? . . . . Dubitari igitur non potest, quin ex ipsius Aristotelis sententia animalia illa praedita sint *τῇ φαντασίᾳ*, siquidem memoria gaudent“). Illa enim animalia ad artificiose vivendum et ad mirabilia sua opera — quae homines ratione praediti nisi instrumentis subtilissimis perficere non possunt, — facienda neque adhibent memoriam neque omnino memoria sola idonea est, ex qua ars illorum satis pateat. Debebat igitur vir egregius, ut emendatio eius confirmaretur ipsa potissimum Aristotelis verba Eth. Nic. 1141ᵃ 27 sq. de part. an. 650ᵇ 24 sq. Metaph. 980ᵇ 22 afferre, non ex „memoria“ argumentum petere.

Atqui Aristoteles, quod superioribus animalibus et *φαντασίαν βουλευτικὴν* et memoriam *μνήμην* attribuit, *δόξαν* tamen iis deesse docet (de an. 429ª 6; 434ª 5; Hist. an. 488ᵇ 24), sibi ipsi repugnare videtur. Nam quae animalia memoriam habent, ea tempus quoque vel temporis decursum eiusque mensuram sentiunt, de mem. 449ᵇ 22. 450ª 19. 452ᵇ 23: *ὅταν οὖν ἅμα ἥ τε τοῦ πράγματος γίνηται κίνησις καὶ ἡ τοῦ χρόνου, τότε τῇ μνήμῃ ἐνεργεῖ.* — ita ut idonea sint, quae *φαντασίᾳ λογιστικῇ* adhibita singulares imagines rerum, etiam absentium inter se comparent. Cum enim tempus mensura motus alicuius vel numerus sit,[13] si quid dimetiri vis, et rem obiectam habeas oportet, cuius mensuram es daturus, et mensuram ipsam ex animo ipso repetitam, qua rem metiaris.[14] Itaque eiusmodi animalibus peritia,[15] *ἐμπειρία* quaedam inesse debet. Metaph. 980ᵇ 29: *αἱ γὰρ πολλαὶ μνῆμαι τοῦ αὐτοῦ πράγματος μιᾶς ἐμπειρίας δύναμιν ἀποτελοῦσιν.* Hist. an. 488ᵇ 25: *καὶ μνήμης μὲν καὶ διδαχῆς πολλὰ* sc. *θηρία κοινωνεῖ, ἀναμιμνήσκεσθαι δὲ οὐδὲν ἄλλο δύναται πλὴν ἄνθρωπος.* Metaph. 980ᵇ 25: *τὰ μὲν οὖν ἄλλα* sc. *ζῷα ταῖς φαντασίαις ζῇ καὶ ταῖς μνήμαις, ἐμπειρίας δὲ μετέχει μικρόν*; ubi autem *ἐμπειρία*, ibi certe *δόξα* esse debet, siquidem ex *ἐμπειρίας* et *ἐπιστήμη* et *τέχνη* exsistere solet, Metaph. 980ᵇ 28: *γίγνεται δ' ἐκ τῆς μνήμης ἐμπειρία . . . ἀποβαίνει δ' ἐπιστήμη καὶ τέχνη διὰ τῆς ἐμπειρίας*, ib. 981ª 1: *καὶ δοκεῖ σχεδὸν ἐπιστήμῃ καὶ τέχνῃ ὅμοιον εἶναι ἡ ἐμπειρία.*[16]

---

13) Phys. 219ᵇ 1: *ὁ χρόνος ἀριθμός ἐστι κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, ἀριθμός οὐχ ᾧ ἀριθμοῦμεν ἀλλ' ὁ ἀριθμούμενος.* ib. 251ᵇ 27: *ὁ χρόνος πάθος τι κινήσεως.* Metaph. 1020ª 31: *τῷ γὰρ ποσὸν εἶναι ἐκεῖνο* (sc. *ὃ ἐκινήθη*) *καὶ ἡ κίνησις ποσή, ὁ δὲ χρόνος τῷ ταύτην.* cf. Bon. ind. Ar. 856ª 41—60; Ueberweg, Grundr. p. 195. 198.

14) Metaph. 1052ᵇ 20: *μέτρον γάρ ἐστιν ᾧ τὸ ποσὸν γιγνώσκεται, γιγνώσκεται δ' ἢ ἑνὶ ἢ ἀριθμῷ τὸ ποσὸν ἢ ποσόν.* — cf. Torstr. Philol. 26, 448. sq. Campe, l. c. p. 102. sqq.

15) Campe. l. c. p. 113.

16) Vid. ad l. Schol. Brand. f. 522ᵇ 28. Alex. Aphrod. *πῶς δὲ γίγνεται ἡ ἐμπειρία ἐκ τῆς μνήμης σαφῶς λέγει. λογικὴ γάρ τις γνῶσις ἤδη, ἡ ἐμπειρία, ταύτῃ τῆς τέχνης ἐλαττουμένη, ὅτι ἡ μὲν ἐμπειρία γνῶσίς τις ἐστι καθολικὴ τοῦ πολλάκις μνημονευθέντος κτλ.*

Campius[17]) hanc difficultatem sic tollere conatur, ut animalia, quamvis memoria praedita, tamen tempus (τὸ ὕστερον et τὸ πρότερον) incerte tantum animadvertere doceat, ita ut memoriam quidem „Gedächtniss" habeant, non recordandi facultatem „Erinnerung", qua sublata sane neque ἐπιστήμη neque δόξα fieri posse videtur. At hanc discriminis subtilitatem ab Aristotele in his rebus explicandis observari non invenias.

Quod autem attinet ad tertium Aristotelis argumentum, Trendelenburgius[18]) vocabulum πάρεστι (εἶτα αἴσθησις μὲν ἀεὶ πάρεστι, φαντασία δ' οὔ) interpretatur παρ' ἡμῖν ἐστι: at locum hoc modo explicatum teneri non posse pro certo habeo, nisi αἴσθησιν interpreteris per αἰσθητήριον[19]) „Wahrnehmungsvermögen"; τὸ αἰσθητήριον enim semper habes, non αἴσθησιν = Wahrnehmung, neque eam ita, ut semper ea uti liceat: φαντασία autem h. l. significat id quod φαντασία αἰσθητική, quippe quam non semper habeas, scilicet tum, ubi perceptio tibi non est, cum non unaquaeque sensus perceptio ad mentem perveniat. Quod Freudenthalius dicit[20]) rectius loco ἀεὶ legendum esse πᾶσι sc. τοῖς θηρίοις, id non probandum est, quoniam animalia, sicut sensus habent, etiam imaginationem quandam „Vorstellungsvermögen", eam quidem quae φαντασία αἰσθητική

17) l. c. p. 102 not. 4.

18) Trendelenbg. l. c. p. 377: „Sensus ita nobis adest, ut eo semper uti liceat (πάρεστι i. e. παρ' ἡμῖν ἐστι); imaginatio non ita penes nos est, ut quasi vocata semper respondeat."

19) veluti de part. an. δ. 10. 686ᵃ 8: ἐξέθετο ἡ φύσις ἐν αὐτῇ sc. τῇ κεφαλῇ καὶ τῶν αἰσθήσεων ἐνίας.

20) Freudenthalius, Ueber den Begriff des W. φαντασία bei Aristoteles. Göttingen 1863. p. 12: „εἶτα αἴσθησις μὲν ἀεὶ πάρεστι, φαντασία δ' οὔ. Das ist ein klarer Widerspruch mit dem kurz vorher a. 7 Gesagten: φαίνεται δέ τι καὶ μηδετέρου τούτων ὑπάρχοντος — sowie mit a. 15 sq de an. II. 5. 417ᵇ 24 sq. de ins. 1. 458ᵇ 3 sq. und vor Allem mit der einfachen Erfahrung, dass wir nicht immer wahrnehmen . . . Wollte man, wie Themistius es zu thun scheint, die Worte umstellend lesen: εἶτα φαντασία μὲν ἀεὶ πάρεστιν, αἴσθησις δ' οὔ, so vertauschten wir einen offenen Widerspruch mit einer nichtssagenden Tautologie. Der einzige Ausweg scheint zu sein, statt ἀεὶ zu lesen πᾶσι sc. τοῖς θηρίοις. Dass zu πᾶσι nicht, wie unmittelbar nachher, τοῖς θηρίοις hinzugefügt ist, sondern ergänzt werden muss, findet sich auch sonst de an. II, 3. 414ᵃ 29."

vocatur, habere ex libris Aristotelicis elucet.[21]) Torstrikii autem emendationem huius loci: *αἴσθησις μὲν ἀεὶ τοῦ παρόντος ἐστί, φαντασία δ' οὔ*[22]) iam propterea non accipiendam esse puto, quod omnino nullum aliud argumentum, quam id quod iis, quae praecedunt apud Aristotelem, verbis[23]) continetur affert. Nam ea quae in somniis apparent i. e. imagines somniorum tribui non possunt *αἰσθήσει*, neque *κατὰ δύναμιν αἰσθήσει*: cf. Metaph. 1071ᵇ 19: *ἐνδέχεται τὸ δυνάμει ὂν μὴ εἶναι* — i. e. imagines somniorum non egent rebus obiectis, sensus autem egent. Quam ob rem Trendelenburgii interpretationem huius loci omnibus quae adhuc propositae sunt, emendationibus anteferendam esse puto.[24]) Veniamus nunc ad quartum argumentum. Cuius verbis: *εἶτα αἱ μὲν ἀληθεῖς ἀεί*, mente addenda esse iudico: *τῶν ἰδίων*;[25]) eae perceptiones quae unius sensus propriae sunt, velut color, sonus semper verae sunt, non eae quae pluribus sensibus sunt communes. Non verae sunt nisi illae, quoniam a ceteris vel a singulis partibus eiusmodi rerum obiectarum quae compluribus sensibus percipiuntur, velut quarum et magnitudo s. extensio et numerus s. multitudo animadvertuntur, complures motus et ii plerumque non aequales profecti sensuum instrumenta afficiunt et ad cor s. *μεσότητα* sentientem perveniunt, ita ut motus alius alium perfacile diminuere possit.[26]) — Vox *φαντασίαι* autem (*αἱ δὲ φαντασίαι γίνονται πλείους ψευδεῖς*) h. l. non tam actiones imaginandi quam singulas imagines in animo praesentes

21) cf. de an, 433ᵇ 31 sq. ib. 434ᵃ 1—15. — In eundem errorem atque Freudenthalius cecidit etiam Campius (l. c. p. 124): „Ferner kommt Wahrnehmung immer (bei allen Thieren) vor, Vorstellungsvermögen dagegen nicht."

22) N. Jahrb. f. Phil. et Pädag. 1867 p. 246.

23) de an. 428ᵃ 6: *αἴσθησις μὲν γὰρ ἤτοι δύναμις ἢ ἐνέργεια, οἷον ὄψις καὶ ὅρασις, φαίνεται δέ τι καὶ μηδετέρου ὑπάρχοντος τούτων, οἷον τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις.*

24) Sed Torstrikius h. l. *φαντασίαν βουλευτικήν* in animo habuisse mihi videtur, quam inferiora animalia non habent.

25) de an. III, 3. 428ᵇ 18: *ἡ αἴσθησις τῶν μὲν ἰδίων ἀληθής ἐστιν ἢ ὅτι ὀλίγιστον ἔχουσα τὸ ψεῦδος.* ib. II, 6. 418ᵃ 11: *λέγω δ' ἴδιον μὲν ὃ μὴ ἐνδέχεται ἑτέρᾳ αἰσθήσει αἰσθάνεσθαι, καὶ περὶ ὃ μὴ ἐνδέχεται ἀπατηθῆναι, οἷον ὄψις χρώματος καὶ ἀκοὴ ψόφου καὶ γεῦσις χυμοῦ.*

26) cf. Brandis, Ar. s. acad. Zeitgen. etc. p. 782—792.

significat.[27]) Quod si perceptionum sensuum tria genera sunt, (res enim obiectae aut per se aut per accidens percipiuntur; quae autem per se, eae aut unius sensus propriae aut pluribus sensibus communes sunt;[28]) imagines autem ex perceptionibus proficiscuntur, tria sint genera oportet imaginum, quarum quasi fundamentum Aristoteles *φαντασίαν αἰσθητικὴν* commemorat; earumque alias semper veras esse necesse est, aliae aut verae aut falsae esse possunt.

Sed dubitari potest an ab Aristotele[29]) illa verba: *τῶν δὲ δύο τὸ μὲν ἴδιόν ἐστιν ἑκάστης αἰσθήσεως, τὸ δὲ κοινὸν πασῶν* scripta sint, et Trendelenburgius qui Aristotelem summo mentis acumine interpretatur recte contendat,[30]) res esse vel affectiones, quae omnium sensuum propriae sint. Omnia sensibilia sane motu quodam (*κινήσει*) sensus percipiuntur, sed motus ipse nec per se nec per accidens omnibus simul sensibus percipi potest; naribus enim nec motum neque ei contrariam quietem percipias. Quae Trendelenburgius l. c. p. 302 ad probandum locum affert: „Universis sensibus ea sunt communia, quae non tam singularum rerum sunt qualitates et quasi partes, quam

27) cf. Bon. ind. Ar. p. 812; de an. II, 2. 425b 25; Phys. I, 980b 26: *τὰ ἄλλα ζῷα ταῖς φαντασίαις ζῇ καὶ ταῖς μνήμαις.* de hist. an. VII, 10. 587b 11 al.

28) Conferas etiam quae hac de causa Trendelenburgius l. c. p. 302 sq. attulit.

29) de an. II, 5. 418a 7: *Λεκτέον δὲ καθ' ἑκάστην αἴσθησιν περὶ τῶν αἰσθητῶν πρῶτον. λέγεται δὲ τὸ αἰσθητὸν τριχῶς, ὧν δύο μὲν καθ' αὑτά φαμεν αἰσθάνεσθαι, τὸ δὲ ἓν κατὰ συμβεβηκός. τῶν δὲ δύο τὸ μὲν ἴδιόν ἐστιν ἑκάστης αἰσθήσεως, τὸ δὲ κοινὸν πασῶν. λέγω δ' ἴδιον μὲν ὃ μὴ ἐνδέχεται ἑτέρᾳ αἰσθήσει αἰσθάνεσθαι, καὶ περὶ ὃ μὴ ἐνδέχεται ἀπατηθῆναι, οἷον ὄψις χρώματος καὶ ἀκοὴ ψόφου, καὶ γεῦσις χυμοῦ. ἡ δ' ἁφὴ πλείους μὲν ἔχει διαφοράς. ἀλλ' ἑκάστη γε κρίνει περὶ τούτων, καὶ οὐκ ἀπατᾶται ὅτι χρῶμα οὐδ' ὅτι ψόφος, ἀλλὰ τί τὸ κεχρωσμένον ἢ ποῦ, ἢ τί τὸ ψοφοῦν ἢ ποῦ. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα λέγεται ἴδια ἑκάστου, κοινὰ δὲ κίνησις, ἠρεμία, ἀριθμός, σχῆμα, μέγεθος· τὰ γὰρ τοιαῦτα οὐδεμιᾶς ἐστιν ἴδια, ἀλλὰ κοινὰ πάσαις· καὶ γὰρ ἁφῇ κίνησίς τίς ἐστιν αἰσθητὴ καὶ ὄψει.*

30) Trendlbrg. l. c. p. 301: „Quae sub sensus cadunt tria sunt, primum enim aut per se aut, aliis rebus interiectis, quasi per accidens percipiuntur; quae autem per se, aut uni sensui sunt propria, velut color, sonus, aut omnibus, ut motus, aut pluribus velut figura, communia."

eiusmodi totius rei affectiones, ut ab universa re ad singulas, quae suos sensus habent, qualitates penetrent et simul his ipsis sensibus percipiantur. Sic motus, quies, numerus, forma, magnitudo non uni sensui propriae sed omnibus communes." — nihil nisi perceptionem per accidens, *τὸ κατὰ συμβεβηκός*, respiciunt.[31])

Eiusmodi autem perceptiones sensuum aut verae aut falsae esse possunt quum, si colorem et motum, sonum et figuram recte percipere vis, alias res semper habeas oporteat, quibuscum motum corporis cui color insit, figuram cui sonus adhaereat, compares. Itaque duo vel plures motus ad sensum penetrant, qui aut coniunguntur et quasi miscentur aut distant. Si vero miscentur, is motus qui magis est tenuis, diminuet vim fortioris; si non coniunguntur, aut maior motus minorem reprimet, aut, si pares sunt, alius alium tollet.[32]) — Veniamus nunc ad tertium illud percipiendi genus, per accidens; eius modi perceptiones verae erunt, si id quod per accidens percipis, antea per se plane cognoveris ac perspexeris ita, ut illud, quod nunc per accidens percipitur, quondam per se, non per accidens perspectum sit, i. e. clarae imagines ex mente vel ex experientia petitae sensui praesto sint oportet, si sensus per-

---

31) Fortasse rectius loco *πασῶν* ponendum *πλειόνων*, et loco *πάσαις* ponendum est *πλείοσιν*. cf. et. Simplicius fol. 35a. et Philoponus I. fol. 76. — Accedit quod codd. U Vatic. 260 et X Ambros. vocabulum *πάσαις* (418ª 19) omittunt.

32) de sensu et sensib. 447ª 12: *Ἔστι δέ τις ἀπορία καὶ ἄλλη τοιάδε περὶ αἰσθήσεως, πότερον ἐνδέχεται δυοῖν ἅμα αἰσθάνεσθαι ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἀτόμῳ χρόνῳ: ἢ οὔ, εἰ δὴ ἀεὶ ἡ μείζων κίνησις τὴν ἐλάττω ἐκκρούει· διὸ ἐπιφερομένων ἐπὶ τὰ ὄμματα οὐκ αἰσθάνονται, ἐὰν τύχωσι σφόδρα τι ἐννοοῦντες ἢ φοβούμενοι ἢ ἀκούοντες πολὺν ψόφον· τοῦτο δὴ ὑποκείσθω, καὶ ὅτι ἑκάστου μᾶλλόν ἐστιν αἰσθάνεσθαι ἁπλοῦ ὄντος ἢ κεκραμένου, οἷον οἴνου ἀκράτου ἢ κεκραμένου, ... διὰ τὸ ἀφανίζειν ἄλληλα. τοῦτο δὲ ποιεῖ ἐξ ὧν ἕν τι γίνεται. εἰ δὴ ἡ μείζων τὴν ἐλάττω κίνησιν ἐκκρούει, ἀνάγκη, ἂν ἅμα ὦσι, καὶ αὐτὴν ἧττον αἰσθητὴν εἶναι, ἢ εἰ μόνη ἦν· ἀφαιρεῖται γάρ τι ἡ ἐλάττων μιγνυμένη, εἴπερ ἅπαντα τὰ ἁπλᾶ μᾶλλον αἰσθητά ἐστιν. ἐὰν ἄρα ἴσαι ὦσιν ἕτεραι οὖσαι, οὐδετέρας ἔσται αἴσθησις. ἀφανιεῖ γὰρ ἡ ἑτέρα ὁμοίως τὴν ἑτέραν· ἁπλῆς δ' οὐκ ἔστιν αἰσθάνεσθαι. ὥστε ἢ οὐδεμία ἔσται αἴσθησις ἢ ἄλλη ἐξ ἀμφοῖν.*

ceptionem per accidens veram esse velis.[33]) Quare fieri non potest, ut sine imaginandi actione unquam veram sensus per accidens perceptionem habeamus. Liceat in re difficili apponere quae Trendelenburgius l. c. p. 350 sq. subtiliter exponit: „Scimus enim priori aliquo usu experti, idque hac illa nota moniti meminimus, id, quod nunc videmus, dulce sapere. Extrinsecus igitur ad praesentem sensum prior accedit cognitio, cum sensu ne tempore quidem uno eodemque cohaerens. Sed propius etiam, quam in diversis sensibus, haec ipsa coëunt, si uno sensu tum propria tum communia cognoscuntur. Visus ad colorem spectat, in quo suum quasi domicilium habet; sed si id ipsum, quod colore suo cernitur, movetur, motus etiam cognoscitur. Quae etsi intima est coniunctio, tamen *κατὰ συμβεβηκὸς* fit... Si quem vides, visu id proprium et peculiare habes, quod albus est; quod movetur, id albo accidit nec visui tamquam finis propositum (primum *συμβεβηκότος* genus); quod loquitur, quod olet, id diverso sensu constat, sed si eodem tempore percipis, facile hi sensus coalescunt, ut sonus, odor ad visum non pertineant, sed sensuum cognatione visu *κατὰ συμβεβηκὸς* percipiantur (alterum *συμβεβηκότος* genus); quod denique is, quem vides, Cleonis est filius, id nec visu neque alio sensu compertum habes, sed aliunde, ex hominum ore acceptum nunc, cum vides, mente repetis eique quem vidisti, tamquam notam imprimis. Hoc cum visu nihil commercii habet, ut tertium *συμβεβηκότος* genus quam longissime disiunctum sit."

Liceat hic refutare quae Freudenthalius[34]) et alii de an. 428ᵇ 27 sq.[35]) docuerunt; Freudenthalius enim verba *καὶ μάλιστα ὅταν πόῤῥω τὸ αἰσθητὸν ᾖ* auctore Argyropylo spatii

33) cf. p. 20 sqq.

34) Freudenth. l. c. p. 12: „*πόῤῥω* wird unter Vergleichung von 428ᵃ 12 sq. b. 2 sq. de sens. 448ᵇ 13; de div. 464ᵃ 30 nicht von einer zeitlichen, sondern von einer räumlichen Entfernung zu verstehen sein, durch welche die Phantasie am leichtesten getäuscht werden kann. So Argyropylus: praesertim quum a sensu *longe* sensibile distat."

35) de an. 428ᵇ 27: *καὶ ἡ μὲν πρώτη* (sc. *κίνησις*) *παρούσης τῆς αἰσθήσεως ἀληθής, αἱ δ' ἕτεραι καὶ παρούσης καὶ ἀπούσης εἶεν ἂν ψευδεῖς, καὶ μάλιστα ὅταν πόῤῥω τὸ αἰσθητὸν ᾖ.*

distantiam, non, ut debebat, „temporis“ distantiam, intellegit ita, ut verba *καὶ μάλιστα κτλ.* sic vertantur: „vorzugsweise dann (dürften die Vorstellungen unwahr sein), wenn der Gegenstand der Wahrnehmung (vom Wahrnehmenden) räumlich weit entfernt liegt.“ At neque Argyropylus, qui persaepe vocabulum ‘longe’, ac certe l. cit. ad temporis distantiam significandam usurpat, neque Torstrikius[36]) in Freudenthalii sententiam hunc locum interpretari voluisse videntur. Nempe mirum esset, quod Aristoteles v. *μάλιστα* posuit, quoniam, vocabulo *ἀπούσης* antecedente, nullam gradationem vocabulo *μάλιστα* expressam invenires. Praeterea Aristoteles, si Freudenthalius verum vidisset, loco verborum *καὶ μάλιστα κτλ.*, quoniam novam quasi sententiam adderent, particula *δὲ* (*μάλιστα δὲ ὅταν κτλ.*) certe usus esset. Sed ne Torstrikius[36]) quidem recte interpretatur neque Campius[37]) neque Kirchmannus[38]) satis accurate locum vertunt. Quorum si sententiam probares, verba *ὅταν πόῤῥω τὸ αἰσθητὸν ᾖ* inutilem tautologiam v. *ἀπούσης* antecedentis efficerent. Quam ob rem necesse videtur esse v. *πόῤῥω* de temporis spatio dictum interpretari ita, ut vertas: „dagegen können die beiden anderen (Arten von Vorstellungs-

36) Torstr. comm. ad l. de an. p. 175: „Apparet autem, quum nec secundum nec tertium sensationis genus immune sit ab errore, multo magis species ex illis natas, *praecipue absente re percepta*, errori esse obnoxias.“

37) Campe l. c. p. 89: „Die Wahrnehmung des Eigenthümlichen ist dem Irrthume nicht unterworfen, „sie ist immer wahr“, oder so wenig als möglich falsch, am Ersten wohl in der Entfernung.“ — Quem locum (Metaph. 1010ᵇ 4: *εἶτ᾽ ἄξιον θαυμάσαι εἰ τοῦτ᾽ ἀπορυῦσι, πότερον τηλικαῦτά ἐστι τὰ μεγέθη καὶ τὰ χρώματα τοιαῦτα οἷα τοῖς ἄποθεν φαίνεται ἢ οἷα τοῖς ἐγγύθεν, καὶ πότερον οἷα τοῖς ὑγιαίνουσιν ἢ οἷα τοῖς κάμνουσιν, καὶ βαρύτερα πότερον ἃ τοῖς ἀσθενοῦσιν ἢ ἃ τοῖς ἰσχύουσιν, καὶ ἀληθῆ πότερον ἃ τοῖς καθεύδουσιν ἢ ἃ τοῖς ἐγρηγορόσιν.*) Campius hic attulit, eum minime idoneum ad confirmandam eius versionem esse facile intellegas.

38) Philos. Bibl. Berl. 1871 Hft. 131 p. 154: „Die von der Sinneswirksamkeit ausgehende Bewegung wird sich nun bei diesen drei Arten von Wahrnehmungen unterscheiden; — die erste Bewegung, wo die Wahrnehmung dabei statt hat, ist wahr; dagegen können die beiden anderen unwahr sein, mag die Wahrnehmung dabei zugleich stattfinden oder nicht; namentlich dann, wenn der Gegenstand nicht gegenwärtig ist.“

bildern) unwahr sein, mag die Wahrnehmung dabei zugleich stattfinden oder nicht; namentlich dann (werden die Vorstellungsbilder unwahr sein), wenn das sinnlich Wahrgenommene zeitlich weit zurückliegt.“ Nam πόῤῥω de distantia temporis dici ostendit locus Arist. περὶ τὰ Ζῷα ἱστορίαι 581ᵃ 26. Sed redeamus ad propositum.

Totum igitur argumentum, de quo agitur, si accurate perspexeris facile intelleges, ei non magnam vim tribuendam esse, quoniam imaginatio re vera sensui non opponitur. Nihil enim aliud isto argumento effectum est, nisi sensuum perceptiones partim veras partim falsas esse, id quod in imagines quoque cadere vidimus.

Quod denique dicendi usu idem demonstrari Aristoteles affert, imaginationem ad incerta nec subtiliter cognita remittente, res dicendi usu persaepe non recte significari inter omnes constat.

Videamus nunc, quatenus imaginandi et cogitandi actiones inter se disiunctae sint. Imaginatio nec opinio nec cognitio nec mens esse potest.[39] Opinio et cognitio quasi partes ad mentem pertinent, qua agente efficiuntur. Nam τὸ νοεῖν, si ad eas res intelligendas spectat, quae, ut assequamur propositum, necessariae sunt, φρόνησις fit, si in cognoscendo conclusionibus utitur, ἐπιστήμην efficit; si demonstratione, ratione et via carens, verum tamen assequitur, δόξα ἀληθής est.[40]) Et mens quidem necessitatem veri habet, imagines autem saepe falsae sunt. Qua de causa imaginandi actio eadem esse non potest, atque cogitandi. Restat igitur, ut imaginatio sit opinio, quippe quae partim vera sit, partim falsa.[41]) Vera opinio quae ut mentis pars necessitatem habet, imaginatio esse non potest; quare quaeritur, num falsa opinio sit imaginatio. Cum omni autem opinione fides (πίστις, Für-wahr-halten) coniuncta est; ea enim

---

39) de an. 428ᵃ 16: ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῶν ἀεὶ ἀληθευόντων οὐδεμία ἔσται (sc. φαντασία) οἷον ἐπιστήμη ἢ νοῦς· ἔστι γὰρ φαντασία καὶ ψευδής. λείπεται ἄρα ἰδεῖν εἰ δόξα· γίνεται γὰρ δόξα καὶ ἀληθὴς καὶ ψευδής. ἀλλὰ δόξῃ μὲν ἕπεται πίστις (οὐκ ἐνδέχεται γὰρ δοξάζοντα οἷς δοκεῖ μὴ πιστεύειν), τῶν δὲ θηρίων οὐδενὶ ὑπάρχει πίστις, φαντασία δὲ πολλοῖς.

40) Trendelenbrg. l. c. p. 372.

41) Eth. Nic. III, 4. 1112ᵃ 8: δοξάζομεν δὲ ἃ οὐ πάνυ ἴσμεν.

opinari non poteris, quae tua quidem sententia vera esse non possunt. Ut autem opinionem vel fidem habeas aliquid esse verum, *nisi notionum, λόγων, coniunctione vel comparatione notionum et ex sensu et ex mente repetitarum non adduci posse* videris. Quae cum ita sint, cum omni opinione iudicium quoddam, ratiocinandi quandam actionem coniunctam esse facile intellegas. Nec vero mens nec iudicium ad verum spectans omnibus, quibus imaginatio, animantibus inest.[42]) Imaginatio igitur aliud est atque iudicium.[43]) Iudiciorum autem, quod semper comparatione aliqua niti debent, duo genera sunt. Comparas enim aut res sensibus obiectas inter se, ita ut *opinio μετ᾽ αἰσθήσεως* fiat, rebus ipsis praesentibus; aut rebus ipsis non praesentibus comparas rerum imagines, quatenus tibi eae prioribus temporibus acceptae in animo quasi praesto sunt, ita, ut *opinio δι᾽ αἰσθήσεως* efficiatur. Illa opinio in *φαντασίᾳ αἰσθητικῇ* tamquam fundamento posita (quamquam enim hoc discrimen inter *φαντασίαν αἰσθητικὴν* et *φαντασίαν λογιστικὴν* non semper dilucide et disertis verbis ab Aristotele factum est, tamen quippe quod ex eius tota imaginationis definitione eluceat, ubique tenendum esse apparet;) maxime animalium propria est;[44]) haec autem opinio, quae, ut iudicium fiat, ea imaginatione utitur, quam Aristoteles nonnumquam *φαντασίαν λογιστικὴν* seu *φ. βουλευτικὴν* appellat,[45]) imprimis hominibus ratione praeditis tribuenda est.[46]) Quod attinet ad *συμπλοκὴν δόξης*

42) de an. 428^a 22: *ἔτι πάσῃ μὲν δόξῃ ἀκολουθεῖ πίστις, πίστει δὲ τὸ πεπεῖσθαι, πειθοῖ δὲ λόγος· τῶν δὲ θηρίων ἐνίοις φαντασία μὲν ὑπάρχει, λόγος δ᾽ οὔ.*

43) de an. 432^a 10: *ἔστι δ᾽ ἡ φαντασία ἕτερον φάσεως καὶ ἀποφάσεως.*

44) de an. III, 3. 4. 429^a 4 sqq.

45) ib. 433^b 29: *φαντασία δὲ πᾶσα ἢ λογιστικὴ ἢ αἰσθητική.* ib. 434^a 6: *ἡ μὲν οὖν αἰσθητικὴ φαντασία, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις ὑπάρχει, ἡ δὲ βουλευτικὴ ἐν τοῖς λογιστικοῖς.*

46) cf. not. 45; de an. 431^a 14. 17; 431^b 2; 432^a 8; 403^a 5: *φαίνεται δὲ τῶν πλείστων οὐθὲν ἄνευ σώματος πάσχειν οὐδὲ ποιεῖν, οἷον ὀργίζεσθαι, θαῤῥεῖν, ἐπιθυμεῖν, ὅλως αἰσθάνεσθαι. μάλιστα δ᾽ ἔοικεν ἴδιον τὸ νοεῖν· εἰ δ᾽ ἐστὶ καὶ τοῦτο φαντασία τις ἢ μὴ ἄνευ φαντασίας, οὐκ ἐνδέχοιτ᾽ ἂν οὐδὲ τοῦτ᾽ ἄνευ σώματος εἶναι.* — ib. 432^a 12; ib. 433^a 9 et al.

καὶ αἰσθήσεως,[47]) Aristoteles non tertium opinandi vel iudicandi genus significasse videtur. Ea enim opinionis et sensus coniunctio, si tertium opinandi genus significaret, aut in Freudenthalii sententiam esset dicta ita, ut opinio quaedam iam prius effecta et nunc e mente petita ad sensus quandam perceptionem adsumeretur (quem ad modum si, ut uno exemplo defungar, hominis imaginem nocte stirpi arboris adiectam putares hominem verum esse), qua in re non opinionem ad verum spectantem, sed imaginandi actionem quandam haberes, quae umbra 'Spuckerscheinung' nominatur;[48]) aut si sensus perceptionem quandam ad opinionem iam finitam adiceres, fieret, ut opinio illa nova perceptione aliquid pateretur et mutaretur, ita ut novam nunc opinionem perceptione sensus effectam haberes, id quod Aristoteles *δοξάζειν μετ' αἰσθήσεως* dicit.[49]) — Opiniones vero iudiciaque cum iis coniuncta tum vera tum falsa sunt.[50]) Comparari enim possunt, ut iudicia singularia efficias, inter se et ea quae complurium sensuum propria sunt, et ea quae per accidens percipiuntur. Illae opiniones priores, ex comparatione rerum uni sensui subiectarum profectae, semper verae sunt; eae autem opiniones, quae aut rerum perceptionibus, complurium sensuum propriis, nituntur, aut ad eas, quae nisi per accidens non colliguntur, rerum perceptiones pertinent, et verae et falsae esse possunt: Verae sunt, si sensuum perceptiones verae sunt, ita ut ex coniunctione *συμπλοκῇ* perceptionum vel imaginum vera opinio in illa posita effici possit; (verae autem erunt perceptiones si, quae per accidens percipis antea per se

47) de an. 428a 24: *φανερὸν τοίνυν ὅτι οὐδὲ δόξα μετ' αἰσθήσεως, οὐδὲ δι' αἰσθήσεως, οὐδὲ συμπλοκὴ δόξης καὶ αἰσθήσεως φαντασία ἂν εἴη, διά τε ταῦτα καὶ δῆλον ὅτι οὐκ ἄλλου τινος ἐστιν ἡ δόξα, ἀλλ' ἐκείνου ἐστὶν οὗ καὶ αἴσθησις.*

48) Freudenth. l. c. p. 57: „Ebenso wenig sei sie (sc. *ἡ φαντασία*), wie Platon annahm, eine Verbindung von Meinung und Wahrnehmung, wie es in dem Falle möglich wäre wenn eine Vorstellung sich mit einer undeutlichen Wahrnehmung verbindet und so eine Scheinwahrnehmung erzeugt, von der wir denn in gewissem Sinne zugleich eine Wahrnehmung und Meinung haben."

49) de an. 428a 24.

50) de an. 418a 2 sq.

receperis; deinde si ea, quae complurium sensuum propria accipis, sed ita, ut praesentia acute percipias, longe autem distantium, ut solis, vel absentium rerum veram naturam per conclusionem assecutus δόξαν ἀληθῆ tibi efficis;) falsae sunt, ubi id fieri non potest. Ergo imaginatio non est opinio, idque non propterea, quod opinio cogitandi genus est (Aristoteles enim imaginationem quoque cogitandi genus quoddam habet),[51]) sed quod cum opinione iudicium coniunctum esse solet; iudicium autem semper ex mente emanat, i. e. mente efficitur.

Imaginationem nunc intellexeris neque idem esse ac sensum neque item atque cogitationem.

Aristoteles ipse postquam quid imaginatio non sit explanavit hanc imaginationis definitionem ponit: ἡ δὲ φαντασία κίνησίς τις δοκεῖ εἶναι καὶ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως γίγνεσθαι ἀλλ' αἰσθανομένοις καὶ ὧν αἴσθησις ἐστίν, ἔστι δὲ γίγνεσθαι κίνησιν ὑπὸ τῆς ἐνεργείας τῆς αἰσθήσεως, καὶ ταύτην ὁμοίαν ἀνάγκη εἶναι τῇ αἰσθήσει de an. II, 3. 428ᵇ 10 sq.[52])

Conditio, generatim accepta, ab iis, quibus res externae subiectae sunt, legibus repetita ad imaginandi originem actionemque explicandam adhibetur; sicut enim altera res mota alteram immotam moveat oportet, (neque enim umquam ulla vis vel motus ex nihilo oriri neque in nihil mutari potest ita, ut vis, nulla re effecta, evanescat;) ita veras sensuum perceptiones 'wirkliche Wahrnehmungen', obiectis rebus motas, novi motus causam esse opus est. Qui motus a perceptione praesente aut priore tempore accepta excitatus et profectus imaginatio est; quam ob rem imaginandi facultas iis animantibus deest, quae sentiendi facultatem non habent, ut plantae. Itaque imaginationem apud Aristotelem vidimus motum esse a sensibus profectum: εἰ οὖν μηθὲν μὲν ἄλλο ἔχει τὰ εἰρημένα ἢ μὴ φαντασίαν, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λεχθέν, ἡ φαντασία ἂν εἴη κίνησις ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως τῆς κατ' ἐνέργειαν γιγνομένη de an. 429ᵃ 1; ib. 428ᵇ 10.[53]) Motus igitur est non ipsorum sensuum.

51) de an. 403ᵃ 5 sq.

52) cf. not. 53.

53) de somn. 1. 459ᵃ 17: ἔστι δὲ φαντασία ἡ ὑπὸ τῆς κατ' ἐνέργειαν αἰσθήσεως γινομένη κίνησις. — γινομένη vel γιγνομένη rectius legitur quam

sed proprius motus, animo inditus. Qua imaginationis definitione ab Aristotele posita et originem imaginationis et substantiam comprehendi vides. Sed quid? Nonne definitione, quoniam originem imaginationis a *κινήσει τῇ ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως κατ' ἐνέργειαν γιγνομένῃ* ducit, illud unum genus imaginationis, *φαντασία αἰσθητική* continetur, illud autem, quod *φαντασία βουλευτική* sive *λογιστική* nominatur plane neglectum esse videtur? Nempe videtur tantum res ita se habere. Nam verba definitionis; *ἡ δὲ φαντασία κίνησίς τις δοκεῖ εἶναι καὶ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως γίγνεσθαι κτλ.* iam illam *φαντασίαν βουλευτικὴν* includunt, quippe quam aliqua actione percipiendi etiamsi priore tempore perfecta niti necesse sit.[54]) Praeterea ubi Aristoteles imaginationem non idem esse quod perceptionem docet,[55]) sententiam nostram ipse disertis verbis confirmat. Quod autem actio imaginandi in corde vel in medio sentienti nisi vi quadam intellectuali adhibita fieri non potest, id Aristoteles sane non nostro loco eis verbis quae definitionem imaginationis efficiunt explanavit, ex aliis tamen locis id clarius quam satis est

---

γενομένης Bekkeri, quoniam *γενομένης* spectaret ad *αἴσθησιν*, id quod fieri non potest; *αἴσθησις* enim *γενομένη*, perfecta, significat id quod imago, ita ut imaginandi actione, qua ex sensuum instrumentorum affectione 'Sinnenreize' rei species vel imago fieret, iam minime opus esset. Lectionem *γιγνομένη* habet etiam Trendelenburgius Philipono et Themistio auctoribus; p. 381: „Exsistit imaginatio a sensu qui iam exstitit, ut si ad *αἴσθησιν* referre velles, praeteritum *γενομένης* postularetur. Est igitur imaginatio motus ipse non primus, qualis a rebus sensibus suscitatur, sed ab ipsis sensibus profectus menti inditus, in eaque manens (*διὰ τὸ ἐμμένειν* 429ª 4.)" — Imaginandi igitur actio sensuum perceptionibus suscitata imagines effectas intellectui praebet. cf. Philoponus Q. fol. 1 a: *εἰ οὖν μηδὲν ἄλλο ἔχει τὰ εἰρημένα τουτέστι πλὴν φαντασίας, ἡ δὲ φαντασία ἐστὶν ἡ ἔχουσα λεχθέντα ἅτινα καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς συμπληροῦς, λέγω δὲ τὸν ὁρισμὸν δηλονότι, φαντασία ἐστὶ κίνησις ὑπὸ τῆς κατ' ἐνέργειαν αἰσθήσεως γινομένη.* Themistius fol. 87. b: *λείπεται ταύτην εἶναι ἣν ἡμεῖς φαμεν κίνησιν τῆς ψυχῆς, ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως τῆς κατ' ἐνέργειαν αἰσθήσεως γινομένη κίνησις.* — Uterque igitur *γινομένη* legisse videtur, idque res ipsa verum esse persuadet.

54) de mem. 449ᵇ 31; de an. 432ª 8; ib. 431ª 17: *οὐδέποτε νοεῖ ἄνευ φαντάσματος ἡ ψυχή.* ib. 432ª 4: *ἐν τοῖς εἴδεσι τοῖς αἰσθητοῖς τὰ νοητά ἐστι.*

55) de an. 428ª 5 sqq. cf. p. 6 sqq.

elucet.[56]) Nam sensuum instrumenta rebus obiectis afficiuntur et impressio 'Sinnenreiz' per *πόρους*[57]) et per venas ad cor perducitur, in quo vi intellectuali efficitur, ut effectus illi sensuum vel perceptiones fiant imagines.[58]) Quae cum ita sint, nisi sensuum perceptiones vel *αἰσθήσεις* antecesserint nobis imagines fieri non posse facile intellegas. Itaque omnibus quae sentiendi facultate carent animantibus et iis animantibus, quae illa facultate praedita sunt, quamdiu non sentiunt, imaginationem deesse opus est.

Si igitur omnes locos apud Aristotelem obvios, qui ad imaginationem pertinent, consideraveris, haec definitio sequi videbitur:

Imaginatio ea est animae actio ad materiem animantium annexa, qua rerum imagines, quaecunque in anima apparent, iis animantibus in quibus facultas imaginandi inest

---

56) de an. 431^b 2: *τὰ μὲν οὖν εἴδη τὸ νοητικὸν ἐν τοῖς φαντάσμασι νοεῖ* — et al.

57) Conferas quae Trendelenburgius comm. p. 323 not. 1. et Campius Erkenntnissth. p. 97 not. 1. hac de re afferunt.

58) Trendelenburgius l. c. p. 138 sq. h. l. praeclare apposuit: Sed *πόροι* utpote cuiusvis generis ductus tam late patent, ut ipsas venas a corde ad singulos sensus euntes comprehendant. A corde igitur sensus repetuntur, etiamsi duo eorum ad cerebrum quasi ascendunt. Sensus, quoniam e sanguinis natura vim suam ducunt, principium tamquam radices in corde habent. Quo pertinet locus de gen. an. II, 6. 743^b 36; de part. an. II, 10. 656^b 22: *ὅτι μὲν οὖν ἀρχὴ τῶν αἰσθήσεών ἐστιν ὁ περὶ τὴν καρδίαν τόπος, διώρισται πρότερον ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεως, καὶ διότι αἵ μὲν δύο φανερῶς ἠρτημέναι πρὸς τὴν καρδίαν εἰσίν, ἥ δὲ τῶν ἁπτῶν καὶ ἡ τῶν χυμῶν.* de iuv. 3. 469^a 5—27: Aristoteles refutat sententiam eorum, qui *κινήσεις*, sensuum perceptiones in cerebro perfici putarunt. de gen. an. II, 4. 740^b 3: *ἡ δὲ καρδία πρώτη γίνεται ἔναιμος οὖσα, τὸ δ᾽αἷμα τροφή....* de part. an. 656^a 6.^{b} 36. ib. III, 4. 666^a 12: *αἵ κινήσεις πάσης αἰσθήσεως ἐντεῦθεν ἀρχόμεναι φαίνονται καὶ πρὸς ταύτην* (sc. *τὴν καρδίαν*) *περαίνουσαι.* de gen. an. 469^a 21: *αἵ μὲν τῶν αἰσθήσεων φανερῶς συντείνουσι πρὸς τὴν καρδίαν, αἵ δ᾽εἰσὶν ἐν τῇ κεφαλῇ.* ib. 738^b 16: *ἀρχὴ γὰρ τῆς φύσεως ἡ καρδία καὶ τὸ ἀνάλογον.* de iuv. 3. 468^b 28: *καὶ τῶν ζῴων τῶν ἐναίμων ἡ καρδία γίνεται πρῶτον ..... καὶ ἐν τοῖς ἀναίμοις ἀναγκαῖον τὸ ἀνάλογον τῇ καρδέᾳ πρῶτον.* de part. an. III, 665^a 12. 17: *ἐν ᾗ* (sc. *καρδίᾳ*) *τὴν ἀρχήν φαμεν τῆς ζωῆς καὶ πάσης κινήσεώς τε καὶ αἰσθήσεως.*

exsistunt, idque intellectuali quidem vi aliqua, sed non mente rectrice adhibita.

Imaginationem ad materiem animantium annexam esse Aristoteles ipse docet eis locis, quibus quomodo imaginatio oriatur explanat, quod postea subtilius illustrandum est;[59]) atque ex universa Aristotelis definitione animae intellegitur, ex eius sententia omnes animae facultates artius cum materia corporis coniunctas esse:[60]) Anima enim est *ἐντελέχεια* eaque prima

---

59) cf. p. 28 sqq.

60) cf. Eberhard, die Aristotel. Defin. der Seele u. ihr W. für die Gegenw. Berlin 1868. p. 56: „Es fragt sich nun, ob Aristoteles die Seele des Menschen wirklich eine Entelechie nennen konnte. In der That ist der *νοῦς* eine solche, weil er mit dem Körper eng verbunden ist und die Einheit im menschlichen Geist erblickt wird. Er ist daher das schöpferische Princip, das alle niederen Thätigkeiten in sich vereinigt. Dazu aber ist der Körper ihm entsprechend.“ — Liceat hic apponere quae Fr. Brentano (Die Psychol. des Ar., insbes. s. Lehre vom *νοῦς ποιητικός*, Mainz 1867.) p. 166 sq. de seiunctione intellectus agentis — intellectum patientem enim imaginationem ipsam esse putat p. 208 sq. — a reliquis animae facultatibus exposuit. Ubi de an. III, 5. 430ª 10. sq.: *καὶ ἔστιν ὁ μὲν τοιοῦτος νοῦς τῷ πάντα γίγνεσθαι, ὁ δέ, τῷ πάντα ποιεῖν, ὡς ἕξις τις, οἷον τὸ φῶς· τρόπον γάρ τινα καὶ τὸ φῶς ποιεῖ τὰ δυνάμει ὄντα χρώματα ἐνεργείᾳ χρώματα. καὶ οὗτος ὁ νοῦς χωριστὸς καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀμιγής, τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνέργεια* — interpretatur haec dicit p. 170: „Was aber an dieser Stelle unsere Aufmerksamkeit besonders in Anspruch nimmt, ist der Ausdr. *ἕξις*. Obwohl dieser nämlich, wie wir schon sagten, nicht blos für die Fertigkeiten und Dispositionen, sondern häufig auch in einem weiteren Sinne gebraucht wird, so kann er doch nur für Formen die in einem Subjecte sind, seien sie nun substantielle Formen einer körperlichen Materie, oder accidentelle Formen, nie aber für eine rein substantielle Energie gebraucht werden (Metaph. *Δ*. 12. 1019ᵇ 7 et ib. I. 1055ᵇ 12. Wo eine *ἕξις* ist, muss ein *ἔχειν* sein“). — Voce *χωριστὸς* in capit. cit. nulla alia neque fortior seiunctio intellectus agentis a corpore significatur quam ea, qua intellectus patiens, *νοῦς παθητικός* (qui, ut p. 208 sq. explanatur, idem est, quod imaginatio) a corporis materie distat p. 176. — *ἀπαθής* est intellectus agens propterea quod minus, quam sensuum instrumenta, quae quodam modo impatientia dici possint, actione afficitur neque deletur eius essentia; tertium autem attributum, *ἀμιγής*, intellectui agenti tribuendum est, quoniam omni potentia s. possibilitate vacuus est, p. 177: „So gut die reine Möglichkeit unvermischt genannt werden kann (id quod de potentia *νοῦ παθητικοῦ* vel *φαντασίας* p. 208 dicitur), weil sie keine Wirklichkeit in sich hat, so gut kann auch die reine Wirklichkeit unvermischt

genannt werden, weil sie in keiner Möglichkeit aufgenommen ist. Jene ist frei von jedem wirklichen Sein, diese ist frei von jedem möglichen Sein und bleibt darum, wenn sie eine accidentelle Wirklichkeit ist unwandelbar in ihrem Subjecte. Eine solche Wirklichkeit ist der wirkende Verstand und eben dieses will Aristoteles mit dem Prädicate ἀμιγὴς bezeichnen.“ Quae si legeris putes in Aristotelis sententiam esse dicta: καὶ γὰρ ἡ χεὶρ ὄργανόν ἐστιν ὀργάνων, καὶ ὁ νοῦς εἶδος εἰδῶν καὶ ἡ αἴσθησις εἶδος αἰσθητῶν de an. III, 432ª 1; de part. an. IV, 10. 687. 18. — ita ut percipiendi et imaginandi actiones cum corpore coniunctae imagines tantum rerum, λόγους ἐνύλους, intellectui agenti praebeant, qui cum corpore coniunctus illis, quas acceptas libere inter se coniungit et notiones νοήματα efficit, quasi imaginum imaginibus utatur. — Hic refutandam putamus sententiam eorum, qui crediderunt intellectum agentem vel νοήματα magis materie carere quam sensuum perceptioues et imagines; numquam enim fieri potest ut, quae omnino materie careant, magis aut minus ea careant. cf. Schell, l. c. p. 210 not. 3: „de an. III. 8. 432ª 9. 10: τὰ γὰρ φαντάσματα ὥσπερ αἰσθήματά ἐστι, πλὴν ἄνευ ὕλης. Da Aristoteles sowohl de an. II, 12. III, 2. 4. 7 wie in dem 8. cap. selbst die Immaterialität der Aistheme behauptet hat, so frägt es sich, welcher Art die Immaterialität sei, welche die Phantasmen vor den Aisthemen auszeichnet. Weder ist die Empfindung ihrem Objecte nach materieller, noch als Act in sich, noch auch weist eine schwächere Intensität auf grössere Geistigkeit hin: nur in der grösseren Freiheit der Seele von körperlichen Bedingungen kann etwa grössere Immaterialität der Phantasmen gesucht werden.“ — cf. Brent. l. c. p. 206: „Hätte nämlich jenes χωριστός, das zuvor dem νοῦς ποιητικὸς beigelegt wurde, eine substantielle Trennung vom leiblichen Menschen bezeichnet, wie könnte Arist. jetzt fortfahren: Nachdem er aber getrennt worden? — (cf. ad l. de an. III, 5. 430ª 19: τὸ δ'αὐτό ἐστιν ἡ κατ' ἐνέργειαν ἐπιστήμη τῷ πράγματι· ἡ δὲ κατὰ δύναμιν χρόνῳ προτέρα ἐν τῷ ἑνί, ὅλως δὲ οὐ χρόνῳ· ἀλλ' οὐχ ὁτὲ μὲν νοεῖ, ὁτὲ δ'οὐ νοεῖ. Χωρισθεὶς δ'ἐστὶ μόνον τοῦθ' ὅπερ ἐστί, καὶ τοῦτο μόνον ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον, οὐ μνημονεύομεν δέ, ὅτι τοῦτο μὲν ἀπαθές, ὁ δὲ παθητικὸς νοῦς φθαρτός, καὶ ἄνευ τούτου οὐθὲν νοεῖ); — denn χωρισθείς, nicht κεχωρισμένος lesen wir an dieser Stelle.“ Sed Brentano in repugnantiam incidit dicens p. 176: „So besagt denn der Ausdruck χωριστὸς zwar allerdings mehr als eine blosse Trennbarkeit von der körperlichen Materie, er besagt eine wirkliche Trennung von ihr (wie Zeller mit Recht geltend macht), denn er drückt aus, dass der wirkende Verstand in keinem körperlichen Organe als seinem Subjecte sich finde; aber dass der wirkende Verstand eine dem Wesen nach dem Menschen fremde, rein geistige Substanz sei, dass er nicht nur nicht zu dem mit dem Leibe vermischten, sondern auch nicht zu dem geistigen Theile jener Seele gehöre, die ihrem vegetativen und sensitiven Theile nach den menschlichen Leib belebet, dass besagt er nicht.“ — Si intellectus nulla in parte corporis

organici corporis.[61]) Imaginatione autem imagines rerum animalibus media in parte quadam (μεσότητι, καρδίᾳ, ἀρχῇ) sentienti corporis fingi et informari, id quod tamquam determinatio consecutiva nostra definitione continetur, manifestum est. Nam imaginatio actio[62]) quaedam est animae; omnes autem partes

(„in keinem körperlichen Organe“) inest, in corpore omnino non invenitur. Quid? anima, ut prima ἐντελέχεια, in corpore est, intellectum autem agentem, quamquam partem, eamque superiorem melioremque eius animae, non corpori immixtum esse contenditur? Sed ea de re alio loco. Cf. etiam Herb. Lehrb. zur Psychol. p. 150 sq.: „Die Seele ist ein einfaches Wesen, nicht bloss ohne Theile, sondern auch ohne irgend welche Vielheit in ihrer Qualität; sie ist demnach nicht irgendwo, dennoch muss sie im Denken, worin sie mit anderen Wesen zusammengefasst wird, in den Raum und zwar in das Einfache, das Nichts im Raume gesetzt werden, sie ist ferner nicht irgendwann; sie hat gar keine Anlagen und Vermögen, weder etwas zu empfangen, noch zu produciren.“) Ex quibus efficeretur animam eodem temporis puncto locum aliquem habere et non habere vel eam in spatio esse et non esse. cf. et. Eberhard l. c. p. 53: „Es ist nicht erklärt, wie die Seele als ein Einfaches, im Zusammen mit Anderem eine so vielseitige, in sich verschiedene Gegenwirkung haben kann; und ein Raum — und Zeitloses, das räumliche und zeitliche Beziehungen hat, ist noch weniger klar, noch weniger vom Widerspruch frei als die Begriffe der Erfahrung, die an Widersprüchen leiden sollen (Trendlbrg. log. Unters. II. 81.). Wenn also die Seele keine Anlagen und Vermögen haben soll, wie soll aus ihr die Mannigfaltigkeit des menschlichen Geistes erkannt werden? Ist dies nicht der Fall, so bleibt ja zur Erklärung der Natur und Anlage der Seele nicht das Mindeste.“ — Quid autem dicam de explicatione Campii, qui (Erkenntnissth. etc. p. 31) animam cum *„materia immateriali“* ‘unstofflichen Stoff’ coniunctam esse contendit? Nonne dixisse videtur quae sociari nequeunt, si alioquin p. 35. docet esse actionem quandam quiescentem „ruhende Thätigkeit“; si p. 37 actionem ab omni motu seiunctam „Thätigkeit in Bewegungslosigkeit“ commemorat, si denique p. 14. apud Aristotelem dicit **νοῦν** re vera extensione quidem praeditum, sed sine ulla materia inveniri? (p. 14: „Man kann sich der Thatsache nicht verschliessen: dem menschlichen Nus kommt eine Ausdehnung, ein Umfang, eine Grösse und zwar im eigentlichen Sinne zu ..... Unvermischtheit und Einfachheit sind wesentlich identische Bestimmungen: „einfach“ heisst der Nus, weil er ohne Stoff, mit keinem Stoffe vermischt ist.“)

61) de an. II, 1. 412a 27 sq.

62) Omnes enim animae facultates, **ἕξεις**, si id quod efficere possunt, revera efficiunt, *actiones* sunt; facultates si nihil efficiunt, non exstant nisi notione **κατὰ λόγον**; nam omne ens vim habet, qua quid aut faciat

vel facultates animae suam quasi sedem habent media in parte quadam eaque sentienti corporis: Hist. an. 666ᵃ 12: *ἔτι δ' αἱ κινήσεις τῶν ἡδέων καὶ τῶν λυπηρῶν καὶ ὅλως πάσης αἰσθήσεως ἐντεῦθεν ἀρχόμεναι φαίνονται καὶ πρὸς ταύτην περαίνουσαι. οὕτω δ' ἔχει καὶ κατὰ τὸν λόγον· ἀρχὴν γὰρ εἶναι δεῖ μίαν, ὅπου ἐνδέχεται* et al.;[63]) accedit quod imagines animantibus intellectuali vi aliqua adhibita fiunt. Quid? si iam inferiores animae facultates media in parte sentienti quadam corporis sedem suam habent, superiores, quae illis quasi fundamento suo nituntur, non habebunt? Sed clarius id patebit infra. — Deinde imaginatione iis animantibus quae eam habeant imagines rerum *et* praesentium[64]) *et* absentium[65]) exsistere, sed ita, ut imagines absentium rerum nisi hominibus et superioribus animalibus non exsistant, praesentium autem rerum imagines inferioribus quoque atque infimis animalibus informentur, id quod nostra imaginationis definitione („quaecunque in anima apparent",) circumscribitur, ex Aristotelicis scriptis satis elucet. Rerum imagines denique imaginandi actione inter se coniungi, id quod nostra definitione, quoniam in imaginationis natura ipsa positum esse non videtur, non comprehenditur, testis est tertius liber de anima,[66]) ubi imaginatio cogitandi genus quoddam dicitur;

---

aut patiatur (Meteor. 390ᵃ 18: *πάντα γὰρ δυνάμει τινί ἐστιν ἢ τοῦ ποιεῖν ἢ τοῦ πάσχειν* — et Fr. Vetablus ad l.: „cuncta namque facultate quadam aut agendi aut patiendi sunt;" Polit. 1253ᵃ 23: *πάτα δὲ τῷ ἔργῳ ὥρισται καὶ τῇ δυνάμει* — Dionys. Lamb.: „omnia autem opere definita ac distincta sunt, et potestate"). Omnis autem actio semper cum motu aliquo coniuncta sit oportet; cum igitur imaginandi facultas actionem significet, actio autem sit motus, imaginatio quoque motus esse debet, id quod Aristotelis definitioni imaginationis aequiparat.

63) de vit. 469ᵃ 5; ib. 469ᵇ 3; Hist. an. 665ᵃ 10 et al.

64) de mot. an. 8. 702ᵃ 19: *φαντασία δὲ γίνεται ἢ διὰ νοήσεως ἢ δι' αἰσθήσεως.* Eth. Nic. VII, 5. 1147ᵇ 5; Reth. 1. 11. 1370ᵃ 28.

65) de an. III, 2. 425ᵇ 25; cf. Bon. ind. Ar. p. 812: non facultatem vel actionem imaginandi significari, sed singulas imagines animo obversantes, praecipue apparet ubi plur. *φαντασίαι* usurpatur. Hist. an. VII, 10. 587ᵇ 11 sq. Phys. 950ᵇ 26.

66) de an. 427ᵇ 28: *τὸ νοεῖν τὸ μὲν φαντασία δοκεῖ εἶναι, τὸ δὲ ὑπόληψις*; ib. 433ᵃ 10: *εἴ τις τὴν φαντασίαν τιθείη ὡς νόησίν τινα κτλ.* ib. 403ᵃ 8 sq.

cogitandi actio autem compositis notionibus utitur. Non recte igitur Freudenthalius[67]) contendisse videtur, imaginandi actione singulares tantum imagines rerum nobis exsistere. Non solum enim sensuum perfectae perceptiones (*αἰσθήματα*) imagines habeantur oportet, sed etiam eae quas memoria atque recordatio menti praebent imagines imaginandi actione[68]) efficiuntur. (Liceat illis, quae sensuum instrumentorum affectionibus efficiuntur, imaginibus *αἰσθημάτων* nomen tribuatur, certe nulla tamen alia quam imaginandi actione, qua sola imagines exsistunt, eae fieri possunt. — Inter tria autem genera imaginum, *φαντασμάτων* per se, *μνημονευμάτων* et *αἰσθημάτων*, ut omittam *ἀναμνήσεως* et, quae futurum tempus spectant, *ἐλπίδος* imagines, *αἰσθήματα* duobus ceteris imaginum generibus clariora sunt, quam ob rem Aristoteles *φάντασμα* per se *αἴσθησιν ἀσθενῆ* iure suo nominavit. —) Neque illae autem neque haec semper singulares sunt.

Ac si comparaveris ea quae Aristoteles de discrimine imaginandi et cogitandi explanavit (imaginandi enim actio, cum imagines vel species rerum excipiat, quamquam ab Aristotele ipso cogitandi genus, *νόησίς τις*, esse putatur, tamen non idem significat atque cogitandi actio vel id quod inde efficitur, scientia, quippe quae necessitatem habeat), facile intelleges imagi-

---

67) Freudenth. l. c. p. 54: „Wie die Wahrnehmung, so schliesst auch die Vorstellung in eigentlichem Sinne die Allgemeinheit aus, welche den Begriffen zukommt: Eth. Nic. 1147ᵇ 3: *ὥστε καὶ διὰ τοῦτο τὰ θηρία οὐκ ἀκρατῆ, ὅτι οὐκ ἔχει τῶν καθόλου ὑπόληψιν, ἀλλὰ τῶν καθ' ἕκαστα φαντασίαν καὶ μνήμην* — und liefert nichts als Einzelbilder, die ohne Verbinden und Sondern, ohne Bejahung und Verneinung von Merkmalen zu Stande zu kommen."

68) Freudenth. ipse l. c. p. 36: „Die Definition des Gedächtnisses ist: Es sei die Andauer einer Vorstellung als eines Abbildes von dem, dessen Vorstellung sie ist." — cf. de mem. 451ᵃ 14: *τί μὲν οὖν ἐστὶ μνήμη καὶ τὸ μνημονεύειν εἴρηται, ὅτι φαντάσματος, ὡς εἰκόνος οὗ φάντασμα, ἕξις.* ib. 450ᵇ 20: *ἢ ἔστιν· ὡς ἐνδέχεται καὶ συμβαίνει τοῦτο; οἷον γὰρ τὸ ἐν τῷ πίνακι γεγραμμένον καὶ ζῷόν ἐστι καὶ εἰκών, καὶ τὸ αὐτὸ καὶ ἓν τοῦτ' ἐστὶν ἄμφω, τὸ μέντοι εἶναι οὐ ταὐτὸν ἀμφοῖν, καὶ ἔστι θεωρεῖν καὶ ὡς ζῷον καὶ ὡς εἰκόνα, οὕτω καὶ τὸ ἐν ἡμῖν φάντασμα δεῖ ὑπολαβεῖν καὶ αὐτό τι καθ' αὑτὸ εἶναι θεώρημα καὶ ἄλλου φάντασμα. ᾗ μὲν οὖν καθ' αὑτό, θεώρημα ἢ φάντασμά ἐστιν, ᾗ δ' ἄλλου, οἷον εἰκὼν καὶ μνημόνευμα.*

nandi actionem non mentis actione niti. *Nam actio imaginandi, sicut sanguinis circuitus, non fit regnante mente, quae semper finem spectat.*

Nihilo minus tamen vim materiae in mentis vim transverti necesse esse vides,[69]) ut, quoniam res ipsas obiectas excipere non possis, earum imagines, non coniunctas cum materia ipsa, percipias. Quod quì fiat paucis nunc quaerendum est. Si res mota altera alteram movet, causam, cur materia illa transeat ad vim intellegentiae, aut in materia aut in intellectu ipso poni necesse est. Illam vero causam neque in vegetante neque in sentiente animae parte cognosci posse facile intellegas. Nam si id fieri posset, res corporalis ipsa, quoniam actio quaeque aliquem appetitum vel voluntatem sequatur oportet, appetitu aut mente induta aut sine intellegentia mentis res appeteret ac vim ad intellectum ipsum haberet, id quod fieri non potest: appetitus enim naturae cum intellegentia non coniuncti rem corporalem sequuntur, ut humendi causa aquam peti vides; sed ne appetitus intellegentia temperatus quidem ad intellectum vim habere potest.[70]) Nam neque animae pars vegetans neque pars sen-

69) cf. Brent. l. c. p. 153: „Wenn der Verstand nur das denken kann, wozu ihm gerade die Phantasie eine Vorstellung bietet, so scheint er, in jeder Beziehung an sie gebunden, ein Spielball der Phantasmen zu werden; es scheint im schlimmsten Sinne sich zu bewähren, dass nach Aristoteles der menschliche Geist nur eine tabula rasa ist, welche die äusseren Dinge willkürlich beschreiben .... Zu dieser Schwierigkeit gesellt sich eine zweite, die ein nicht minder unzulässiges Moment in der Aristotelischen Theorie nachzuweisen scheint. Wenn der Verstand durch Einwirkung des sensitiven Theiles, worin die Phantasmen sind, die intelligibelen Formen empfinge, so würde, wie in anderen Fällen Körperliches auf Körperliches, in diesem Falle Körperliches auf Geistiges wirken, und da jedes Wirken einem Streben folgt, so würde diess uns nöthigen, in dem Körperlichen entweder einen bewusstlosen Trieb oder ein bewusstes Begehren nach einer solchen Einwirkung auf das Geistige anzunehmen. Allein das Letztere ist offenbar unmöglich.“

70) ib. p. 164: „Es muss also etwas Geistiges sein, was in dem sensitiven Theile gegenwärtig, auf ihn jenen Einfluss übt, der mittelbar die Bewegung der intellectiven Seele und das geistige Erkennen zur Folge hat. Was aber soll dieser Geistige sein, wenn es nicht die intellective Seele selbst ist? Diese also muss, wie der Magnet die Feilspäne zu sich

tiens magis quam aliae res corporales per se ipsae spirituale quidquam aut imagines, quae materie vacant, percipere ac sibi proponere possunt. Ubi autem non imagines sunt, ibi certe non est appetitus. Quae quum ita sint, nihil aliud nisi intellectualis vis (eaque agens, *νοῦς ποιητικός*,) in animae partem sentientem eam vim habere posse videtur, qua rerum imagines nobis exsistant. Nihil refert, quod nomen tribuas huic unius intellectus actioni, quae, ut sanguinis in venis circuitus, sine mente fiat oportet; verum Aristoteles certe illam *νοῦ ποιητικοῦ* agendi rationem *νοῦν παθητικόν*, quem Brentano[71]) *φαντασίαν* mavult, nominasse videtur. Quod hic *νοῦς* ab Aristotele *παθητικὸς* appellatur, *παθητικὸς νοῦς* non eam, quam *νοῦς ποιητικός*, ut Aristoteles docet, *ἀπάθειαν* habet. *Νοῦς* enim *παθητικὸς* cum corpore mutatur et perit, quippe qui sensuum instrumentorum affectionibus vel perceptionibus nitatur, atque simulac illae una cum corpore evanuerunt vel perierunt, nihil habet, quo ad agendum excitetur. Quo autem modo, secundum doctrinam[72]) Aristotelicam, fieri possit, ut *νοῦς ποιητικός*, quamquam causam agendi suam ex imaginibus repetit, numquam tamen, etiamsi imagines a sensuum perceptionibus profectae ei non iam praebentur, pereat et quid amissis imaginibus agat, alio loco, quoniam haec quaestio ad propositum non pertinet, disserere liceat. Mutari quidem aliqua agendi ratio, non autem vis agens perire posse mihi videtur.

Aliis locis Brentano[73]) *νοῦν ποιητικὸν* in imagines im-

---

emporzieht und dann von ihnen berührt wird, auf den sensitiven Theil eine Art von anziehendem Einfluss üben, so dass nun der sensitive Theil ihr gleichsam zustrebt und rückwirkend jene Änderung in ihr hervorbringt, an die das Entstehen der Begriffe geknüpft ist."

71) Brent. l. c. p. 208: „Was also ist nach unserer Behauptung der *νοῦς παθητικός*? Er ist die Phantasie, welche als sinnliches Vermögen, wie das vierte Capitel lehrt (de an. III, 4. 429ᵃ 29), nicht an der *ἀπάθεια* des aufnehmenden Verstandes Theil hat, weshalb auch das erste Buch der Politik den sinnlichen Theil als *παθητικὸν μόριον* dem intellectiven gegenüberstellt (Polit. I, 5. 1254ᵇ 8)."

72) de an. I, 4. 408ᵇ 24 sqq.

73) Brent. l. c. p. 167: „Aus dem Einflusse, den Ar. überall den sinnlichen Vorstellungen bei dem Entstehen der Begriffe zuschreibt, ergab

primis, in *φαντάσματα*, vim habere dicit. Scilicet imagines ex sensuum instrumentorum affectionibus vi intellectuali aliqua exstitisse necesse est ante quam intellectus agens ad imagines vim habere possit. An Brentano praeterea novam intellectus agentis rationem agendi sibi sumit, scilicet ita, ut intellectus altera ratione ad instrumentorum sensuum affectiones, altera ad imagines ex illis effectas vim habeat? idque utrum diverso an uno eodemque tempore? At primas imagines quo modo sentit homini exstitisse? Quae omnia ei disertis verbis ratione et via erant explicanda. Sed Brentano aut in repugnantiam incidisse aut perperam de sensuum perceptionibus cogitasse et sensuum instrumentorum affectiones imagines ipsas perfectas esse arbitratus esse videtur. Excipit sane mens formam ex rebus obiectis vel spirituale iis adhaerens, sed ita ut, id quod iam supra disseruimus, sensuum instrumentorum affectiones vi intellectuali imagines fiant atque postea vis mentis rectricis ad imagines effectas coniungendas adhibeatur. Quid autem? si mens nihil cogitare potest,[74]) nisi simul de imagine cogitat, quo modo et quantopere hoc *φάντασμα* mentis actione mutatum atque in aliquid intellegibile versum esse putat? Perspicuum videtur imagines, simulatque aliqua actione intellectuali ex sensuum affectionibus sint effectae, mutari quidem, si coniunctionem imaginum spectas, sed non iam in quidquam intellegibilius verti posse. Res quum ita sese habeant, recte Trendelenburgius, quoniam nec imaginatio sine sensuum per-

---

es sich von selbst, dass der sinnliche Theil, wenn nicht das eigentliche wirkende Princip, doch nothwendig eine instrumentale Ursache für unser Denken sein musste.“ Quam causam instrumentalem quin rectius in sensuum instrumentorum affectionibus ponas, quam in iis quae ex illis affectionibus tamquam imagines orta sunt, dubitari non potest. In nostram sententiam dixisse videtur, quae p. 170 attulit: „Offenbar schreibt.... Aristoteles dem *νοῦς ποιητικός* eine Wirkung auf dasjenige zu, worin die intellegibelen Formen bereits sind, aber nicht in der Weise sind, dass sie in Wirklichkeit erkannt werden können; es fehlt ihnen etwas, um wirklich intellegibel zu sein, und dieses Fehlende soll ihnen eben durch den *νοῦς ποιητικὸς* gegeben werden, an und für sich sind sie nur in Möglichkeit intellegibel.“

74) de an. III, 7. 431ª 17: *οὐδέποτε νοεῖ ἄνευ φαντάσματος ἡ ψυχή* et al.

ceptionibus nec mens sine imaginatione esse potest, imaginationem mediam dicit inter sensum et cogitandi actionem interponi; neque igitur ea comprobari possunt, quae Schellius l. c. p. 262 apposuit: „Die Phantasie oder eine andere innere Bethätigungsweise steht daher nicht zwischen dem Sinne und dem Verstande, wie einige scholastische Philosophen glaubten, indem sie lehrten, durch die Phantasie werde die Sinnesvorstellung für die Einwirkung des thätigen Verstandes vorbereitet. Diese Annahme folgt weder aus den aristotelischen Principien, noch ist dieselbe in der Erfahrung begründet. Denn das gezeichnete Dreieck ersetzt dem Geometer mehr als das phantasirte gab; die Durchführung einer Rechnung oder einer Gedankenreihe durch Schrift oder Worte ist leichter und sicherer, als ohne diese Sensationen. Die Unterschiede der Farbe und Gestalt treten deutlicher hervor in dem gegenwärtigen Gesichtsbild, als in dem Phantasma. Allerdings dienen in vielen Fällen die Phantasmen besser dem Denken als die Sensationen, weil nämlich jene weniger von äusseren Bedingungen abhängig sind, und daher der Seele leichter und beliebiger zu Dienste stehen.“ — Hic Schellius, quamquam Aristoteles ipse saepissime non tam dixit quam fusius explanavit cogitandi actionem numquam sine imaginibus, *φαντάσμασι* fieri posse, arbitrari videtur mentem cum imaginibus cohaerere non necesse esse, sed etiam sine illis agere posse. Quid tandem illae Schellii impressiones 'Sensationen' sibi volunt? Si non ipsae imagines *φαντάσματα* 'Vorstellungen' sunt, omnino non idoneas illas esse intellegas ad mentis actionem, quoniam mentem non tam saepe „in vielen Fällen“, quam semper imaginibus uti necesse est. Ceterum quae a Schellio opposita et obiecta sunt non refutant Trendelenburgii sententiam, imaginationem mediam inter sensum et mentem interponi. Nam etiam descriptum triangulum ceteraque quae apposuit sensa, tamquam res corporales, sensuum primum instrumenta afficiunt, quae affectiones deinde in *πόροις* ad cor (*ἀρχὴν*) ducuntur ibique intellectuali vi aliqua affectae tales parantur, quales imagines rerum obiectarum nobis exsistunt, ita ut mentis actio non triangulo per se,

sed imagine trianguli utatur. — Quae omnia si perspexeris illam Trendelenburgii explicationem, ne dicam definitionem φαντασίας comprobandam esse invenias. — Torstrikius omnino non diligentius explicavit quid sit imaginatio. Quod autem Campius[75]) docet affectionis sensuum motum per se esse imaginem (Vorstellung; an putat imaginationem?), haec non probanda esse videntur. Nam sensuum instrumentorum affectiones, quibus imagines nituntur, a rebus obiectis profectae usque ad cor vel μεσότητα sentientem perveniant oportet, ubi solum illae affectiones in intellegibile vertuntur,[76]) ut non omnes affectiones sensuum instrumentorum sive motus iam per se imagines esse facile intellegas. Multos autem motus quominus in corde vel μεσότητι sentienti in intellegibile aliquod vertantur, prohiberi posse infra patebit. Brentano[77]) quoque in incerto relinquit, quid sit imaginatio. Dicit enim imaginationem esse potentiam aliquam, quâ animantia imagines in se habeant. At haec admodum indiligenter dicta neque omnino definitionem esse statim vides. Praeterea neque a Schellio neque a Freudenthalio imaginandi vim recte definiri facile dispicias. Ille enim[78]) imagi-

75) Campe l. c. p. 122: „Die Erregung wird von der körperlichen Affection auf die Vorstellung übertragen; umgekehrt „schaut der mit dem Gedächtniss Thätige die (körperliche) Affection an und nimmt sie wahr.“ Ueberhaupt treten Seele und centrales Organ gern Eins für das Andere ein Wird also eine solche Affection bewegt oder belebt, so geht unmittelbar die entsprechende Vorstellung auf, die Bewegung der Affection ist die Vorstellung. Die Seele wird dieser Belebung in derselben Weise inne, wie jede Bewegung, jede Thätigkeit eines Sinnesorganes unmittelbar eine Wahrnehmung ist.“ Quibus in verbis praeterea nonnulla alia absurde et admodum abstruse dicta inveniuntur.

76) cf. p. 30 sqq.

77) Brent. l. c. p. 102: „Auch ohne Sinneswahrnehmung haben wir sensibele Formen objectiv (vorgestellt) in uns. Man nennt sie Phantasmen, und die Fähigkeit, Phantasmen in sich zu haben, Phantasie.“

78) Schell, l. c. p. 210: „Das Phantasma ist vielmehr die schwächere aber ähnliche Fortsetzung und Wiederholung und Ergänzung der Sensation.“ Quae dicuntur ib. 209: „denn die Wahrnehmung kömmt dem Thiere nothwendig zu, nicht aber die getrennte (nicht alle Thiere haben Phantasie cf. de an. 428ᵃ 8; 414ᵇ 16; 415ᵃ 10; Anal. post. 99ᵇ 37 sq.) Phantasie als Wiederholung der Wahrnehmung“ — num recte, si Aristotelis ea de re sententiam respexeris, contendantur, infra quaeremus.

nationem quasi continuationem *αἰσθήσεως* definit, hic[79]) imaginationem quasi perseverantiam affectionum instrumentorum sensuum in instrumentis ipsis habet: cuius rei quae Freudenthalius argumenta afferre posse putat, eis minime istam sententiam confirmari putamus. Nunquam enim profecto Aristoteles, id quod et Freudenthalius et Schellius viderunt, dubitare poterat, utrum omnibus animalibus imaginandi facultas tribuenda esset necne. Ac si Aristoteles, id quod saepius et clarius quam satis est demonstravisse putamus, re vera omnibus quae sentiendi facultatem habent animantibus id quidem genus imaginandi tribuit, quod sensuum instrumentorum affectionem quamque rebus obiectis praesentibus suscitatam sequi oportet, affectiones ipsas non in instrumentis sensuum ipsis permanere sed ad cor vel analogon perduci, ita ut affectiones illae per punctum quidem temporis in animantibus quamvis inferioribus perseverent, constat. Quae omnia ut planius perspiciamus ante omnia perscrutandum videtur esse, quo modo sensuum instrumenta rebus obiectis afficiantur:

Quo hominis naturae fundamento imaginatio nitatur.

Ex Aristotelis libris elucet nullam perceptionem, *αἴσθησιν*, sine rebus obiectis fieri[80]) et perceptionem esse relationem quandam inter rem obiectam, quae efficit ut percipiamus, et

---

79) l. c. p. (Freudenth.) p. 19: „Diese Affection (quam revera ab auctore *φαντασίαν* haberi libelli cit. paginis quae sequuntur satis clare demonstratur,) erlischt nicht mit dem Aufhören des sinnlichen Reizes, sondern bleibt in ihrer bestimmten Form im Sinnorgane zurück, wenn auch das äussere Object längst aufgehört hat auf das Organ zu wirken.“ ib. „die Fortdauer der Affection .... ist das nothwendige Ergebniss des Gesetzes der Trägheit, durch das in materiellem Stoffe Eindrücke erhalten und fortgeleitet werden.“ ib. p. 24: „so viel ist klar, die Ansicht des Kleanthes, die Vorstellungen seien Spuren im Organe der Empfindung ist nicht die des Aristoteles. Ob sie aber Ar. wie Chrysippus als ruhende Veränderung, oder wie Hobbes als bald gehemmte bald wirkende Bewegung des Organes aufgefasst habe, lässt sich nicht vollkommen entscheiden.“

80) Eth. Nic. 1174^b 14: *αἰσθήσεως δὲ πάσης πρὸς τὸ αἰσθητὸν ἐνεργούσης*. Rhet. 1370^a 34: *αἰσθάνονται μὲν γὰρ τὰ παρόντα, μέμνηται δὲ τὰ γεγενημένα, ἐλπίζουσι δὲ τὰ μέλλοντα.* de sens. 438^b 22: *τὸ γὰρ αἰσθητὸν ἐνεργεῖν ποιεῖ τὴν αἴσθησιν κτλ.*

animam sensitivam quae re obiecta quodam modo afficitur, ita ut primum sensuum instrumenta afficiantur ac perinde tum anima ipsa sensitiva vel cor sive *μεσότης* sentiens re externa aliquid patiatur et moveatur.[81]) Quam affectionem vel *πάθος* in sensuum instrumentis et in corde factum *ἀλλοίωσιν* ab Aristotele appellari[82]) invenias. Quid autem? quum *ἀλλοίωσιν* ex Aristotelis sententia in eo versari videas, ut pariter atque in omni *μεταβολῇ* altera res altera re quae ab illa specie, non genere diversa est, aliquo modo afficiatur,[83]) nonne etiam in rebus percipiendis sensuum instrumenta et postea *μεσότης* sentiens eis quae rebus obiectis adhaerent qualitatibus aliquid patiantur oportet ita, ut illa ab his specie diversa afficiantur? Sed quum sensuum instrumenta et *μεσότης* sentiens rerum obiectarum qualitates non recipiant,[84]) id quod unusquisque certe iam ipse expertus est, ea quae ad sensum pertinet *ἀλλοίωσις* alia videtur esse.[85]) Evenit autem in sensuum instrumentis et in *μεσότητι* sentienti *ἀλλοίωσις* a rebus obiectis profecta re vera alia vel potius duo eius modi sunt: altero *ἀλλοιώσεως* modo sensuum instrumenta et *μεσότης* sentiens rebus obiectis

---

81) Metaph. 1010^b 31: *τὸ μὲν οὖν μήτε τὰ αἰσθητὰ εἶναι μήτε τὰ αἰσθήματα ἴσως ἀληθὲς ...., τὸ δὲ τὰ ὑποκείμενα μὴ εἶναι, ἃ ποιεῖ τὴν αἴσθησιν, καὶ ἄνευ αἰσθήσεως ἀδύνατον;* de ins. 459^a 24: *τὰ γὰρ αἰσθητὰ καθ᾽ ἕκαστον αἰσθητήριον ἡμῖν ἐμποιοῦσιν κτλ.*

82) Phys. 248^a 6: *φανερὸν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι τὸ ἀλλοιοῦσθαι καὶ ἡ ἀλλοίωσις ἔν τε τοῖς αἰσθητοῖς γίνεται καὶ ἐν τῷ αἰσθητικῷ μέρει τῆς ψυχῆς, ἐν ἄλλῳ δ᾽ οὐδενὶ πλὴν κατὰ συμβεβηκός.* ib. 244^b 6; 247^a 7; 245^a 2: *εἴπερ οὖν ἀλλοιοῦται τὸ ἀλλοιούμενον* (sc. *τὸ αἰσθητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς*) *ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν κτλ.*

83) Metaph. 1057^a 31: *ἐκ τούτων γὰρ μόνων* (sc. *τῶν ἀντικειμένων*) *καθ᾽ αὑτά ἐστι μεταβάλλειν.* Phys. 205^a 6; ib. 224^b 28; ib. 226^b 1; ib. 227^a 7; ib. 241^a 27: ib. 252^b 10. de coel. 283^a 20 sq. ib. 310^a 24 sqq. de generat. et corr. 332^a 7 sq. Metaph. 1055^a 8 sq, ib. 1067^a 6 sq. ^{b}19 sq. 1069^b 3 sqq. ib. 1075^a 98 sq. ib. 1087^a 36 sq. Eth. Eud. 1235^a 17 al., de gener. 324^a 12: *ὥστ᾽ ἀνάγκη τὸ πάσχον εἰς τὸ ποιοῦν μεταβάλλειν.* de an 417^a 20: *πάσχει μὲν γὰρ τὸ ἀνόμοιον, πεπονθὸς δ᾽ ὅμοιόν ἐστιν κτλ.*

84) cf. Campe l. cit. p. 62 sqq.

85) de an. 417^b 7: *ἕτερον γένος ἀλλοιώσεως.* ib. 415^b 23 sq. 416^b 34 sq. 459^b 4: *ἐπειδή ἐστιν ἀλλοίωσίς τις ἡ κατ᾽ ἐνέργειαν αἴσθησις.* Phys. 244^b 10 sqq.

afficiuntur, ita ut motu a rebus obiectis profecto in instrumentis et in μεσότητι sentienti aliquid mutetur, ne dicam tollatur, eaque qualitate quam habeant quodam modo priventur: altero per illos a rebus obiectis profectos motus ea quae in sensuum instrumentis et in μεσότητι sentienti nisi κατὰ δύναμιν non erant, fiant κατ' ἐνέργειαν, ita ut sensuum instrumenta et μεσότης sentiens naturam suam quasi expleant finemque suum assequantur.[86]) Quod si omnis ἀλλοίωσις motus est, sequitur, perceptionem quoque, quum ea ἀλλοίωσις sit, motum esse.[87]) Quam ob rem neque a partibus eorum stabis qui ex Aristotelis sententia sensuum perceptionem quasi impressionem stabilem in cerâ fictam esse putant, id quod Cleanthem primum docuisse[88]) inter omnes constat, neque iis assentieris qui apud Aristotelem legi contendunt perceptionem esse effigiem eamque quiescentem, quam sensuum instrumentis et μεσότητι sentienti adhaerens qualitas quodammodo mutata effecerit: quam doctrinam a Chrysippo[89]) primo prolatam esse iam ex scriptis Aristotelis discimus; atque de re universa ea comprobanda sunt, quae Freudenthalius ad refutandos eiusmodi errores attulit.[90]) Sed de primo Freudenthalii argumento quo errorem adversariorum refutare conatur (l. c. p. 20: „Dafür dass diess [sc. die Ansicht des Cleanthes: die Affectionen sind starre, todte Eindrücke, die dem Organe mitgetheilt worden sind[91])] auch die

86) de an. 417^b 14: ὥσπερ εἴρηται ἢ δύο τρόπους εἶναι ἀλλοιώσεως, τὴν δὲ ἐπὶ τὰς στερητικὰς διαθέσεις μεταβολὴν καὶ τὴν ἐπὶ τὰς ἕξεις καὶ τὴν φύσιν κτλ.

87) de an. 431^a 4: φαίνεται δὲ τὸ μὲν αἰσθητὸν ἐκ δυνάμει ὄντος τοῦ αἰσθητικοῦ ἐνεργείᾳ ποιοῦν· οὐ γὰρ πάσχει οὐδ' ἀλλοιοῦται. διὸ ἄλλο εἶδος τοῦτο κινήσεως, ib. 417^a 14 sqq. Metaph. 1048^b 23 sq. Eth. Nic. 1174^a 14 sq.

88) cf. Sextus Empir. adv. Mathem. VII, 228. 372 et al. Diog. Laert. VII, 50. Pyrrh. hypot. II, 20.

89) Sext. Emp. adv. Math. VII, 229. 376. Pyrrh. hypot. II, 70.

90) Conferas etiam quae Campius hac de causa l. c. p. 63 sqq. iure affert.

91) Freudenth. l. c. p. 24: „So viel ist also klar, die Ansicht des Cleanthes, die Vorstellungen seien Spuren im Organe der Empfindung, ist nicht die des Aristoteles. Ob sie aber Aristoteles wie Chrysippus als ruhende Veränderung, oder wie Hobbes als bald gehemmte, bald wirkende

Ansicht des Aristoteles sei, können wohl nur folgende Gründe angeführt werden: 1. Die Sinnesempfindung wird von Aristoteles wiederholt mit dem Eindrucke verglichen, den das Wachs durch einen Siegelring empfängt. Wie das Wachs, so könnte man daher schliessen, den Eindruck empfängt und bewahrt, so auch das Sinnorgan. cf. de an. II, 12. 424^a 17 f. de an. III, 12. 435^a 9. de mem. 1. 450^a 32. — Dagegen ist zu sagen, dass dies Gleichniss nicht in dem Sinne von Aristoteles angeführt wird, um die Art des sinnlichen Eindruckes, als einer mechanischen Umgestaltung der Theile anzugeben. Vergl. Zeller, Gesch. der griech. Philos. 1. Aufl. II, 487: „Ar. beschreibt diese sc. die Wahrnehmung als ein Aufnehmen der sinnlichen Formen ohne die Materie, das er sich übrigens nicht mechanisch, als einen Abdruck der Gestalten in der Seele.... denkt"), adiciendum est, illud quod Aristoteles affert exemplum signi anuli in cerâ servati admodum inepte allatum videri, si Aristoteles voluisset explanare perceptionem eodem modo, quo effigies cerea fingeretur fieri. Nam omnes partes signi in cerâ servati anulo uno eodemque tempore efficiuntur, id quod in sensuum instrumentorum perceptionem non cadere manifestum est. Praeterea Freudenthalius[91]) in dubio reliquit num Aristoteles perceptionem esse quendam motum putaverit, id quod haud recte esse dictum ex iis quae supra de hac re exposui, satis perspicuum est. Qualis autem sit ille motus quo perceptio quaeque nitatur oportet, ex Aristotelis verbis nusquam plane elucet,[92]) quoniam iis res in universum tantum exposita est.

Sed quaeritur, utrum motus a rebus obiectis profecti in sensuum instrumentis ipsis, quae illis primum afficiuntur, per-

---

Bewegung des Organes aufgefasst habe, lässt sich nicht vollkommen entscheiden, denn für beide Auffassungen lassen sich Beweise bringen. Wahrscheinlicher aber ist die letztere."

92) de an. 424^a 17: *Καθόλου δὲ περὶ πάσης αἰσθήσεως δεῖ λαβεῖν ὅτι ἡ μὲν αἴσθησίς ἐστι τὸ δεκτικὸν τῶν αἰσθητῶν εἰδῶν ἄνευ τῆς ὕλης, οἷον ὁ κηρὸς τοῦ δακτυλίου ἄνευ τοῦ σιδήρου καὶ τοῦ χρυσοῦ δέχεται τὸ σημεῖον, λαμβάνει δὲ τὸ χρυσοῦν ἢ τὸ χαλκοῦν σημεῖον, ἀλλ' οὐχ ᾗ χρυσὸς ἢ χαλκός, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ αἴσθησις ἑκάστου ὑπὸ τοῦ ἔχοντος χρῶμα ἢ χυμὸν ἢ ψόφον πάσχει, ἀλλ' οὐχ ᾗ ἕκαστον ἐκείνων λέγεται, ἀλλ' ᾗ τοιονδί, καὶ κατὰ τὸν λόγον.*

maneant an perducantur ad *μεσότητα* sentientem i. e. ad cor vel simile quid ita, ut ibi tantum sensuum affectiones vi aliqua intellectuali in intellegibile aliquid vertantur. Omnes sensuum affectiones ex Aristotelis iudicio vel aëre (qui in *πόροις*[93]) sit, vel sanguine qui in venis circumfluat, ad cor[94]) vel simile, quo nullum animal prorsus carere possit, perduci, quum ex illis verbis: *ἀλλ' ἐπειδή ἐστι κινηθέντος τουδὶ κινεῖσθαι ἕτερον ὑπὸ τούτου*[95]) tum ex multis aliis Aristotelis locis[96]) clarius

---

93) de gener. 744ª 3 sqq. de part. an. 656ᵇ 16 sqq. de sens. 438ᵇ 28 sq. Conferas et. quae Campius l. c. p. 74 sq. de hac re rectissime explicat.

94) de gener. 781ª 20: *οἱ γὰρ πόροι τῶν αἰσθητηρίων πάντων ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεως τείνουσι πρὸς τὴν καρδίαν, τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι καρδίαν πρὸς τὸ ἀνάλογον.*

95) de vit. 3. 469ª 2 sq. de part. an. 667ᵇ 21: *τοῦ μὲν οὖν εἰς μίαν ἀρχὴν συντελεῖν καὶ ἀπὸ μιᾶς αἴτιον τὸ μίαν ἔχειν πάντα τὴν αἰσθητικὴν ψυχὴν ἐνεργείᾳ, ὥστε καὶ τὸ μόριον ἓν τὸ ταύτην ἔχον πρώτως, ἐν μὲν τοῖς ἐναίμοις κατὰ δύναμιν καὶ κατ' ἐνέργειαν μόνον.* — ib. III, 4. 666ª 11—45. quo loco omnem iucunditatem ac dolorem a corde proficisci docetur. — ib. IV, 5. 681ᵇ 15: ubi Aristoteles explanavit, cor omnino nulli animali deesse posse. de iuv. 3. 469ª 4. de mot. an. 10. 703ª 28—703ᵇ 2. de somn. 2. 455ᵇ 31 sq. — cf. et. Schell, l. c. p. 51 sqq. ib. p. 67: „In diesem Organ (dem Herzen) ist die Kraft der Empfindung und vorzüglichen Bewegung. Jedes Wesen ‚wird in dem ersten Organe bewegt (de somn. 2. 456ª 20), wenn es eine Empfindung hat, sei es eine eigne (seiner leiblichen Zustände), sei es eine fremde (äusserer Objecte).' Die Kraft der Bewegung und alle anderen Kräfte müssen in diesem mittleren Organe sein, damit alle Functionen in geeigneter Weise nach einander erweckt werden. Sobald ein Object in der Seele erscheint, werden alle Vermögen derselben hiervon beeinflusst und irgendwie erregt; und zwar nicht in zeitlichen Intervallen, sondern sofort und zugleich, weil die Natur der (de mot. an. 8. 702ª 20) receptiven und spontanen Kräfte auf einander angelegt ist" etc. cf. de mot. an. 702ᵇ 15. ib. 703ª 3. ib. 703ᵇ 27 sqq.

96) de part. an. IV, 5. 681ᵇ 15; ib. III, 4. 666ª 11—45; ib. II, 10. 656ᵇ 19—24; ib. I, 647ª 24. de mot. an. 11. 703ᵇ 24; de somn. 455ᵇ 31; ib. 456ª 6; de vit. 467ᵇ 28; ib. 469ª 20; de inv. 3. 469ª 5—27; de gener. an. 743ᵇ 35—744ª 6; de somn. 456ª 20; de an. 431ª 19: *τὸ δ' ἔσχατον ἕν, καὶ μία μεσότης.* de somn. 456ª 3: *τοῖς μὲν οὖν ἐναίμοις τοῦτ' ἐστὶ τὸ περὶ τὴν καρδίαν μέρος· πάντα γὰρ τὰ ἔναιμα καρδίαν ἔχει, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως καὶ τῆς αἰσθήσεως τῆς κυρίας ἐντεῦθέν ἐστιν.... τοῖς δ' ἀναίμοις καὶ τοῖς ἐντόμοις καὶ μὴ δεχομένοις πνεῦμα ἐν τῷ ἀνάλογον κτλ.*

quam satis est elucet. Sed etiam si Aristoteles non tam certis et disertis verbis hac de causa disseruisset, omnes sensuum affectiones usque ad cor pervenire, quid esset cur aliae sensuum affectiones ad cor admoverentur, aliae autem quasi media in via consisterent? Nam si affectiones instrumentorum sensuum non ad cor perducerentur, aut in instrumentis ipsis aut in aëre vel sanguine qui illas ducit haererent. Praeterea, si affectiones aut in instrumentis aut in aëre et sanguine haererent, sine dubio eae quae sequerentur sensuum affectiones a rebus obiectis suscitatae facile perturbarentur. Itaque obscure neque ex Aristotelis sententià dicta esse videntur quae Freudenthalius l. c. p. 20 affert: „Dieses Organ, (sc. welches die Affectionen aufnimmt,) ist nicht das Centralorgan der Empfindung, das Herz, sondern das einzelne Sinnesorgan, dessen streng geschiedenes Sondergut die Affectionen auch nach dem Aufhören des sinnlichen Reizes bleiben.“ Num putat affectiones in instrumentis sensuum ipsis manere? At enim verbis quae antecedunt dicit: „Die Affection — sagt daher Aristoteles, ist in einem Theile des Körpers, sie ist nicht bloss an der Oberfläche des Organes, sondern dringt in seine Tiefe“ (de ins. 2. 459^b 7: *διὸ τὸ πάθος ἐστίν .... καὶ ἐν βάθει καὶ ἐπιβολῆς.*) — Sed ne illis quidem Freudenthalii verbis: ‘die Affection ist in einem Theile des Körpers’ Aristotelis sententiam satis accurate reddi putamus. Nam Aristoteles persaepe[96]) demonstravit, res obiectas instrumentis quidem sensuum percipi, sed perceptas i. e. affectiones per *πόρους* et per venas ad cor tamquam *ἀρχὴν* sentientem perduci. Eo quoque Aristotelis loco quem Freudenthalius laudat,[97]) non tam in universum, ut Freudenthalius putat, sedem affectionis indicari videmus, sed eam corporis partem cui *ψυχὴ* inest sc. intellectualis. Quod contendit ille l. c. p. 30: „So ist denn die *φαντασία* allerdings keine spontane Thätigkeit der Seele, welche rein aus sich und ohne materielle Unterlage sie erzeugte, sondern sie ist die durch die allgemeine Entelechie des Körpers, die Seele, er-

97) de mem. 1. 450^a 27: *δῆλον γὰρ ὅτι δεῖ νοῆσαι τοιοῦτον τὸ γινόμενον διὰ τῆς αἰσθήσεως ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ μορίῳ τοῦ σώματος τῷ ἔχοντι αὐτὴν οἷον ζωγράφημά τι, τὸ πάθος οὗ φαμὲν τὴν ἕξιν μνήμην εἶναι.*

zeugte Entelechie bestimmter Organe,"[98]) si verba postrema respicis, Freudenthalius, sentiendi actionem[99]) eandem esse atque imaginandi actionem putans, de imaginatione praviora omnino sensisse videtur, perductus quidem illis Aristotelis verbis de ins. 3. 462ª 9: εἰσὶ κινήσεις φανταστικαὶ ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις[100]) et de an. III, 2. 425ᵇ 25: ἀπελθόντων τῶν αἰσθητῶν ἔνεισιν αἱ αἰσθήσεις καὶ φαντασίαι ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις.[101]) Nam Aristoteles iure suo dicit, id quod supra demonstravimus, μεσότητα sentientem unam esse, atque in ea sola, sive cor sive simile quid putes, sedem sentiendi et imaginandi esse. Sensuum autem instrumenta, quae Freudenthalius l. c. 'bestimmte Organe' esse vult, afficiuntur quidem rebus obiectis, affectiones autem non hic, i. e. in instrumentis ipsis, in intellectuale quid vertuntur, sed in corde; itaque instrumenta sensuum non imaginandi facultatem tamquam ἐντελέχειαν ipsorum propriam habere possunt.

---

98) Prorsus contraria videntur quae Freudenthalius p. 32 affert: „das Bild, welches die φαντασία erzeugt, kann ein treues Abbild der wahrgenommenen Gegenstände sein. Dazu ist erforderlich, dass die von der Affection auf das Centralorgan ausgeübte Bewegung nicht vermengt werde mit anderen Bewegungen, die in demselben Organe aufbewahrt sind, dass das Organ und das Medium dieser Bewegung, das Blut, von keiner zu starken Erschütterung erregt, seine normale Bewegung auszuüben im Stande sei, de ins. 3. 461ª 8" — si locis Aristotelicis assentiens vocabulis: die in demselben Organe etc. cor vel analogon, ἀρχὴν vel μεσότητα sentientem i. e. „das empfindende Centralorgan" dixit. Atque ib. p. 34 dicit: „Und wie die Obiecte der φαντασία und μνήμη dieselben sind, so werden sie auch in einem und demselben Organe, dem Centralorgane der Empfindung (de mem. 1. 450ª 29) und von einem und demselben Seelenvermögen, dem Gemeinsinne (ib. mem. 451ª 16: καὶ τίνος μορίου τῶν ἐν ἡμῖν, ὅτι τοῦ πρώτου αἰσθητικοῦ) erzeugt."

99) Nam τὸ vere ὁρᾶν veraeque aliae perceptiones non in sensuum instrumentis, sed in μεσότητι sentienti efficiuntur: das wirkliche Sehen, die wirkliche Empfindung, Entelechie, kommt erst in der empfindenden Mitte, der Seele, zu Stande.

100) Quibus v. Aristoteles id tantum dicere voluit, affectiones sensuum, etiamsi res obiectae decesserint, in sensuum instrumentis esse iisque ad cor perduci, non affectiones in instrumentis sensuum permanere.

101) cf. p. 42.

Quod autem Aristoteles ipse dicit de somn. 462ᵃ 8: ὅτι δ' ἀληθῆ λέγομεν καὶ εἰσὶ κινήσεις φανταστικαὶ[102]) ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις, δῆλον, ἐάν τις προσέχων πειρᾶται μνημονεύειν κτλ. ea verba sententiae nostrae non videntur adversari, sed Aristoteles verbis εἰσὶ κινήσεις φ. ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις illud tantum confirmare videtur, et sensuum instrumenta et πόρους vel sanguinem in venis circumfluentem illa affectione a rebus obiectis profecta eam accepisse qualitatem vel potentiam, qua prior illa sensuum affectio, quasi in imaginem mutata, ad mentem perduci possit simulatque ea alia re denuo excitata sit neque quidquam impediat, quominus affectio vel motus fiat imago.[103]) [104])

Ex nostra sententia modo explanata alios quoque locos in

---

102) Obscure, ne dicam absurde vertit haec verba Herm. Bender (Classik. Biblioth. Arist. Hft. 68. Liefrg. 2. p. 69): „Und dass unsere Auffassung richtig ist, dass es phantastische Bewegungen in den Sinnesorganen giebt" etc. Quid tandem sibi volunt 'phantastische Bewegungen in den Sinnesorganen'? Quam ob rem rectius haec verba vertenda esse puto: Bewegungen, welche einer Verwandlung in Vorstellungen (im Centralorgane) fähig sind.

103) Brent. l. c. p. 103 sq.: „Oft erfolgt freilich eine Bewegung der Phantasie nicht unmittelbar nach der Sinneswahrnehmung, allein auch dann ist sie eine Bewegung durch die Sinnesbewegung, indem diese einen nachhaltigen Eindruck auf das Sinnesorgan gemacht und eine solche Beschaffenheit, eine solche bleibende Disposition (Aristoteles nennt sie ἕξις de mem. et rem. 1. 450ᵃ 30 et ib. 2. 451ᵇ 3, doch nicht im gewöhnlichen Sinne einer Fertigkeit, wie sie z. B. das Wissen ist,) in ihm zurückgelassen hat, vermöge deren unter gewissen Umständen, und namentlich wenn eine andere Sinnesvorstellung anregend wirkt, die frühere sensibile Form in dem Sinne wiederkehrt. Was immer in der Phantasie erscheint, ist früher, wenn auch in anderen Verbindungen, durch eine Sinneswahrnehmung aufgenommen worden."

104) **Verba autem de somn. 461ᵇ 3:** ὅλως γὰρ τὸ ἀφ' ἑκάστης αἰσθήσεώς φησιν ἡ ἀρχή, ἐὰν μὴ ἑτέρα κυριωτέρα ἀντιφῇ **quae in Bekkeri editione codices L E Y secuti inveniuntur, mutanda esse in** ἐὰν μὴ ἕτερα κυριώτερα ἀντιφῇ, illico patet, praesertim quum id ipsum in cod. S., in codd. M. U. certe ἕτερα legatur. Nam id quod repugnat (ἀντιφῇ) non alia ἀρχή est i. e. alia μεσότης sentiens eaque superior 'höheres Centralorgan der Empfindung' ad quam verba Bekkeriana ἐὰν μὴ ἑτέρα κυριωτέρα ἀντιφῇ pertineant, sed superius aliquod in illa ἀρχῇ situm Aristotelicis verbis significatum esse pro certo habeo.

scriptis Aristotelicis interpretandos esse manifestum est. Quam ob rem de an. 425ᵇ 25: *διὸ καὶ ἀπελθόντων τῶν αἰσθητῶν ἔνεισιν αἱ αἰσθήσεις καὶ φαντασίαι ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις* loco verborum *καὶ φαντασίαι* ponere verba *αἱ φανταστικαὶ* vix dubitabis, etiam si codd. L E U S V W X T (cod. T. *καὶ αἱ φαντασίαι* habet[105]) scripturam *καὶ φαντασίαι* praebent.[106]) Etiam experientia singulis rebus quotidie comparata, quam Aristoteles minime neglexit, docet in sensuum instrumentis, cum res obiectae quibus sensuum instrumenta affecta sunt iam non adsint, motus quidem vel affectiones esse indeque ad *μεσότητα* sentientem perduci, non autem imagines ipsas, quippe quas ex illis affectionibus in medio sentienti ipso oriri non ignores. Quid? si imagines in sensuum instrumentis ipsis permanerent, cum mens ibi sit oporteat ubi imagines,[107]) nimirum necesse esset sensuum instrumenta ipsa vel in iis mentem cogitare. — Deinde eiusmodi doctrina, imagines in sensuum instrumentis adesse, Aristotelis sententiae in eius scriptis disertis verbis explanatae quam maxime repugnaret.[108]) Praeterea vocabulum *αἰσθήσεις* hoc loco non per 'actiones sentiendi', quae vis illi vocabulo propria est,[109]) sed per *κινήσεις* vel *πάθη* i. e. sensuum instrumentorum affectiones interpretandum esse statim patet, quoniam 'actio sentiendi' fit dum res obiectae quae sensuum instrumentis percipiuntur adsunt, amissis autem rebus obiectis illa in sensuum instrumentis permanere non potest. Alio quidem loco Aristoteles imagines *ἀπελθόντων πραγμάτων* a quibus illae proficiscuntur in animalibus permanere in universum tantum ostendisse videtur: de insomn. 460ᵃ 32 *πρὸς δὲ τὴν ἐξ ἀρχῆς σκέψιν ὑποκείσθω ἓν μέν, ὅπερ ἐκ τῶν εἰρημένων φανερόν, ὅτι καὶ ἀπελθόντος τοῦ θύραθεν αἰσθητοῦ ἐμμένει τὰ αἰσθήματα αἰσθητὰ ὄντα κτλ.* Sed *vocabulum αἰσθήματα, quod apud Bekkerum legitur, hoc loco omittendum videtur*

105) cf. ad loc. Bekkeri, Trendelenburgii, Torstrikii adnotationes.

106) cf. et. de insomn. 462ᵃ 8.

107) Nihil enim mens cogitat sine imaginibus cf. de an. 431ᵃ 17; ib. 432ᵃ 8 sq. et al.

108) conf. p. 34 sqq.

109) cf. Bon. ind. Ar. 19ᵇ 42 sqq.

esse. Accedit quod cod. praeclarus Laurentianus S. *αἰσθήματα* omisit. Quid tandem sibi volunt *αἰσθήματα αἰσθητά*, „Wahrnehmungsbilder (imagines), die wahrgenommen werden können?" Vocabulum *αἴσθημα* enim apud Aristotelem non idem significare quod *αἴσθησιν*, affectionem, ut exspectatur, (quoniam affectio, *πάθος* a rebus obiectis profectum in *μεσότητι* sentienti in intellectuale verti potest, ita ut affectio mente sentiri possit et imago nobis exsistat,) sed eam imaginis alicuius notionem habere ex Aristotelis libris satis elucet;[110]) hoc *αἴσθημα* autem non *sensibile* quidquam (wahrnehmbar), sed per se *sensum* est (wahrgenommen), quippe quod menti tamquam imago praesto sit. Quibus non repugnant quae legimus de insomn. 461ª 17: *οὕτω καὶ ἐν τῷ καθεύδειν τὰ φαντάσματα καὶ αἱ ὑπόλοιποι κινήσεις αἱ συμβαίνουσαι ἀπὸ τῶν αἰσθημάτων ὁτὲ μὲν ὑπὸ μείζονος οὔσης τῆς εἰρημένης κινήσεως ἀφανίζονται πάμπαν κτλ.*, ubi in vocabulo *αἰσθημάτων* etiam vis vocabuli *αἰσθητῶν* „der Gegenstände der Wahrnehmung" includi videtur. Sed videtur tantum. *Nam loco αἰσθημάτων rectius vocabulum αἰσθήσεων, quod cod. L. Vaticanus 253 praebet, vel potius vocab. αἰσθητῶν ponendum esse mihi persuasum est,* quoniam hoc loco *αἰσθήματα* iam per se imagines, *φαντάσματα* sunt, ita ut verba *καὶ αἱ ὑπόλοιποι κινήσεις* etc. idem deinde significarent quod *φαντάσματα* antecedens, (quamquam enim Aristoteles alioquin inter *φαντάσματα* et *αἰσθήματα* aliquid interesse summo iure docet, hoc loco eiusmodi discrimen statuere non poteris, quod in somno sentiendi actio nulla est, ita ut eae, quae intimo in animo adsunt, imagines unius generis sint neque *αἰσθήματα*, i. e. imagines quae modo a rebus obiectis profectae sunt, nominari possint cf. de somn. 455ᵇ 8 sqq.) atque propterea supervacanea essent; deinde verba *αἱ ὑπόλοιποι κινήσεις αἱ συμβαίνουσαι* veri et genuini vestigia clarius prae se ferunt. Nullas enim tamquam partes imaginum ipsarum, quamvis *αἰσθήματα* eas esse censeas, nisi in intellectuale versas alicubi relinqui aut ab iis proficisci pro certo haberi potest, ut illa verba *αἱ ὑπόλοιποι κινήσεις* etc., si vox *αἰσθημάτων* recte lege-

---

110) cf. Bon. ind. Ar. 19ᵇ 27—35.

retur, omnino absurda essent. Quae si perspexeris meritone contenderim iudicabis eandem emendationem faciendam esse in verbis de insomn. 460ᵇ 28: ἐκ δὴ τούτων φανερὸν ὅτι οὐ μόνον ἐγρηγορότων αἱ κινήσεις αἱ ἀπὸ τῶν αἰσθημάτων γινόμεναι τῶν τε θύραθεν καὶ τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἐνυπαρχουσῶν, ἀλλὰ καὶ ὅταν γένηται τὸ πάθος ὃ καλεῖται ὕπνος κτλ. — *ubi loco vocabuli* αἰσθημάτων, *quod Bekkerus habet, si nolis vocabulum* αἰσθητῶν, *rectius cum cod. L. 253 Vaticano* αἰσθήσεων *legendum esse puto.*

Quibus ex omnibus efficitur sensuum instrumentorum affectiones a rebus obiectis profectas non in instrumentis ipsis permanere, sed ad μεσότητα *quandam sentientem permoveri atque in ea tantum in intellectuale aliquod, aliqua vi intellectuali animae adhibita, verti.*[111]) — Quam ob rem recte quidem Freudenthalius[112]) de an. II, 2. 413ᵇ 21: καὶ γὰρ αἴσθησιν ἑκάτερον τῶν μερῶν ἔχει καὶ κίνησιν τὴν κατὰ τόπον, εἰ δ' αἴσθησιν, καὶ φαντασίαν καὶ ὄρεξιν· ὅπου μὲν γὰρ αἴσθησις, καὶ λύπη τε καὶ ἡδονή, ὅπου δὲ ταῦτα ἐξ ἀνάγκης καὶ ἐπιθυμία — *verba* καὶ φαντασίαν *omissa* voluit. Nam actio imaginandi, id quod supra explanavimus, nisi in ἀρχῇ sive μεσότητι sentienti non versatur, quoniam una tantum media pars sentiens in omni animali est, de an. 431ᵃ 19: τὸ δὲ ἔσχατον ἕν, καὶ μία μεσότης,[113])

111) cf. p. 39 sq.

112) Freudenth. l. c. p. 8: „Aus den Worten καὶ φαντασίαν würde folgen, dass, wie hier die zerschnittenen Theile der Insekten, so alle Thiere, die Wahrnehmung haben, zugleich φαντασία besitzen müssten..... Auch unterbrechen die Worte καὶ φαντασίαν den Zusammenhang, denn durch den Satz ὅπου μὲν γὰρ u. s. w., der doch das Vorhergehende beweisen soll, wird nur begründet: εἰ δ' αἴσθησιν, καὶ ὄρεξιν, nicht aber, dass, wo αἴσθησις sei, nothwendig auch φαντασία vorhanden sein müsse. — Dass καὶ φαντασίαν zu streichen sei, wird noch klarer, wenn man eine Parallelstelle neben den Text stellt: 414ᵇ 1 (vergl. de somn. 1. 454ᵇ 29): εἰ δὲ τὸ αἰσθητικὸν καὶ τὸ ὀρεκτικόν .... ᾧ δ' αἴσθησις ὑπάρχει τούτῳ ἡδονή τε καὶ λύπη καὶ τὸ ἡδύ τε καὶ λυπηρόν, οἷς δὲ ταῦτα καὶ ἡ ἐπιθυμία. — Wodurch die Verderbung entstanden und ob vielleicht von Aristoteles statt καὶ φαντασίαν ein φαίνεται geschrieben worden sei, muss zweifelhaft bleiben."

113) de sens. 449ᵃ 5: εἰ δὲ δὴ ἄλλῳ μὲν γλυκέος ἄλλῳ δὲ λευκοῦ αἰσθάνεται ἡ ψυχὴ μέρει, ἤτοι τὸ ἐκ τούτων ἕν τί ἐστι ἢ οὐχ ἕν. ἀλλ' ἀνάγκη ἕν·

ita ut sensuum affectiones non in parte quaque insectorum quae discissa sunt in intellectuale vertantur, sed in ea tantum, quae cui *μεσότης* est sentiens, eaque de causa reliquae partes quibus *μεσότης* sentiens deest, sensum, *αἴσθημα*, *φάντασμα* habere non possint. Quas nihil aliud habere quam affectiones elucet. Itaque Freudenthalii, qui sedem corruptelae non sensit argumenta, quibus permotus illud removit, haud recta mihi esse videntur atque Aristotelis sententiae aliis locis enuntiatae vehementer repugnant. Quod enim dicit: „Es wird nur begründet: *εἰ δ' αἴσθησιν, καὶ ὄρεξιν*, nicht aber, dass, wo *αἴσθησις* sei, nothwendig auch *φαντασία* vorhanden sein müsse" — his de an 433^b 28: *ὀρεκτικὸν δὲ οὐκ ἄνευ φαντασίας·* resistunt, itemque 433^b 11: *τοῦτο γὰρ* sc. *τὸ ὀρεκτόν, κινεῖ οὐ κινούμενον τῷ νοηθῆναι ἢ φαντασθῆναι* — ita ut illud Freudenthalii argumentum tam universe enuntiatum haud magni momenti esse videas. Omnibus autem animalibus *φαντασίαν* saltem *αἰσθητικὴν* inesse atque, ubicunque Aristoteles inferioribus animalibus *φαντασίαν* deesse doceat, eum *φαντασίαν βουλευτικὴν* in animo habuisse tibi, si ea quae supra hac de re exposuimus comprobaveris persuasum erit. Iam vero nostro loco vocabulum *αἴσθησιν* idem quod *πάθος* „affectionem" significare manifestum est: quam vim denique vocabulum *ὄρεξις* h. l. habeat quum ex multis

---

ἓν γάρ τι τὸ αἰσθητικόν ἐστι μέρος. — de vit. 469^a 10: *ἀλλὰ μὴν τό γε κύριον τῶν αἰσθήσεων ἐν ταύτῃ* (sc. *ἀρχῇ, καρδίᾳ*) *τοῖς ἐναίμοις πᾶσιν·* [cf. de part. an. 647^a 30: *διόπερ ἐν μὲν τοῖς ἀναίμοις ζῴοις τὸ ἀνάλογον, ἐν δὲ τοῖς ἐναίμοις ἡ καρδία τοιοῦτόν* (sc. *δεκτικὸν πάντων τῶν αἰσθητῶν*) *ἐστιν·*] *ἐν τούτῳ γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τὸ πάντων τῶν αἰσθητηρίων κοινὸν αἰσθητήριον· δύο δὲ φανερῶς ἐνταῦθα συντεινούσας ὁρῶμεν, τήν τε γεῦσιν καὶ τὴν ἁφήν, ὥστε καὶ τὰς ἄλλας ἀναγκαῖον· ἐν τούτῳ μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις αἰσθητηρίοις ἐνδέχεται ποιεῖσθαι τὴν κίνησιν, ταῦτα δ' οὐδὲν συντείνει πρὸς τὸν ἄνω τόπον. χωρὶς δὲ τούτων, εἰ τὸ ζῆν ἐν τούτῳ τῷ μορίῳ πᾶσίν ἐστι, δῆλον ὅτι καὶ τὴν αἰσθητικὴν ἀρχὴν ἀναγκαῖον· ᾗ μὲν γὰρ ζῷον, ταύτῃ καὶ ζῆν φαμέν, ᾗ δ' αἰσθητικόν, ταύτῃ τὸ σῶμα ζῷον εἶναι λέγομεν.* — de part. an. 666^a 31: *πασῶν γὰρ τῶν φλεβῶν ἐκ τῆς καρδίας αἱ ἀρχαί.* ib. 666^a 14: *ἀρχὴν γὰρ εἶναι δεῖ μίαν, ὅπου ἐνδέχεται κτλ.* ib. 665^b 14; 665^a 11; de vit. 469^a 5: *ὥστ' ἀνάγκη καὶ τῆς αἰσθητικῆς καὶ τῆς θρεπτικῆς ψυχῆς ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν ἀρχὴν εἶναι.* de ins. 456^a 5 sq. et al.

aliis locis [114]) tum ex iis quae sequuntur verbis: *ὅπου μὲν γὰρ αἴσθησις, καὶ λύπη τε καὶ ἡδονή, ὅπου δὲ ταῦτα ἐξ ἀνάγκης καὶ ἐπιθυμία* perspicuum esse puto. Quam ob rem illa verba interpretaberis: ubi nisi inferiores animae facultates (sc. *ψυχὴ θρεπτικὴ* et *αἰσθητικὴ* per quas corpus vel sensuum instrumenta animalis rebus obiectis affici possunt,) non adsunt, ibi inferior tantum modus appetendi, videlicet *ἐπιθυμία* est, 'wo nur die niederen Kräfte der Seele vorhanden sint, da zeigt sich auch nur das niedere Begehrungsvermögen'. — Quod si tres sunt modi *ὀρέξεως*,[115]) e verbis de an. 432ᵇ 15: *ἀεί τε γὰρ ἕνεκά του ἡ κίνησις αὕτη, καὶ ἢ μετὰ φαντασίας ἢ ὀρέξεώς ἐστιν· particulam ἢ ante vocabula μετὰ φαντασίας positam removendam esse,* id quod scribae codicis S. Laurentiani 81. 1 et W. Vaticani 1026 recte intellexerunt, facile dispicias, quoniam *ὀρέξει* per se *βούλησις*, quae *βουλευτικῇ φαντασίᾳ* nititur, continetur ita, ut h. l. vocabula *φαντασία* et *ὄρεξις* inter se non plane contraria sint, id quod desideratur, siquidem particulae *ἢ . . . ἢ* usurpantur. —

Non omnes autem sensuum affectiones in mentem ineunt,[116]) cum vis intellectualis ad eas tantum affectiones quae satis magna vi praeditae ac sanguine ductae in corde, *ἐν μεσότητι* sentienti apparent, vim habere videatur. Prohiberi autem sen-

---

114) de an. 433ᵃ 25: *ἡ γὰρ ἐπιθυμία ὄρεξίς τις ἐστίν.* ib. 433ᵇ 5: *ἐπεὶ δ' ὀρέξεις γίνονται ἐναντίαι ἀλλήλαις . . . . ὁ λόγος καὶ ἡ ἐπιθυμία ἐναντίαι.* ib. 433ᵃ 3: *κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν πράττει, οἷον ὁ ἀκρατής.* ib. 432ᵇ 5: *ἔν τε τῷ λογιστικῷ γὰρ ἡ βούλησις γίνεται, καὶ ἐν τῷ ἀλόγῳ ἡ ἐπιθυμία καὶ ὁ θυμός.* de mot. an. 701ᵃ 4: *κινεῖται γὰρ καὶ πορεύεται τὸ ζῷον ὀρέξει ἢ προαιρέσει, ἀλλοιωθέντος τινὸς κατὰ τὴν αἴσθησιν ἢ τὴν φαντασίαν.* ib. 33: *οὕτως μὲν οὖν ἐπὶ τὸ κινεῖσθαι καὶ πράττειν τὰ ζῷα ὁρμῶσι, τῆς μὲν ἐσχάτης αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι ὀρέξεως οὔσης, ταύτης δὲ γινομένης ἢ δι' αἰσθήσεως ἢ διὰ φαντασίας καὶ νοήσεως.*

115) de an. 433ᵃ 23: *ἡ γὰρ βούλησις ὄρεξις.* ib. 414ᵇ 2: *ὄρεξις μὲν γὰρ ἐπιθυμία καὶ θυμὸς καὶ βούλησις.* de mot. an. 700ᵇ 22: *βούλησις δὲ καὶ θυμὸς καὶ ἐπιθυμία πάντα ὄρεξις.* Magn. Mor. A. 1187ᵇ 36: *ἔστιν οὖν καθ' ὃ πράττομεν ὄρεξις, ὀρέξεως δ' ἐστὶν εἴδη τρία, ἐπιθυμία θυμὸς βούλησις* al.

116) de an. 429ᵃ 12: *ἄναπτον δ' ἐστὶ τό τε μικρὰν ἔχον διαφορὰν τῶν ἁπτῶν, οἷον πέπονθεν ὁ ἀήρ, καὶ τῶν ἁπτῶν ὑπερβολαί, ὥσπερ τὰ φθαρτικά. καθ' ἑκάστην μὲν οὖν τῶν αἰσθήσεων εἴρηται τύπῳ* al.

suum affectiones, quominus satis magnam vim adeptae in corde appareant, persaepe validiore motu instrumentorum sensuum aut cogitandi actione constat. Qua de causa non recte dixisse Freudenthalius videtur, imaginationem proficisci a perceptione perfecta „von einer wirklichen Wahrnehmung" atque sensuum instrumentorum affectiones bonis tantum aptisque conditionibus ad cor pervenire.[117])

Sed quaerendum est, num affectiones sensuum instrumentorum, postquam ad *μεσότητα* sentientem pervenerunt, ibi haereant. Si in corde, *ἀρχῇ*, affectiones imaginesque permanere velis, id eo tantum modo fieri posse vides, ut affectio et imago quaeque alia alium locum accurate separatum habeat; quod si non ita esset, maximam et affectionum et imaginum perturbationem fieri facile intellegas, ita ut Aristoteli ipsi tot loca quamvis minima, inter se minimo intervallo discreta, in *μεσότητι* sentienti staduenda fuissent, quot homo imagines vel notiones capere posset. Nihil autem est, si Aristotelis libros hac de causa compositos inspexeris, cur existimes affectiones vel imagines in corde perseverare; illud tantum postulatur, ut similis vel aequa affectio corporeae animalis materiae, sive eam in corde sive in alia 'analogon' parte ponis, similem quoque vel aequam imaginem procreet; quae affectio aut ex recentiore sensuum instrumentorum affectione aut ex ipsa imagine proficisci potest.[118]) Illi Freudenthalii sententiae modo refutatae consentaneum est quod, postquam praemisit de an. III, 8. 432^a 10: *ἔστι δ' ἡ φαντασία ἕτερον φάσεως καὶ ἀποφάσεως· συμπλοκὴ γὰρ νοημάτων ἐστὶ τὸ ἀληθὲς ἢ ψεῦδος· τὰ δὲ πρῶτα νοήματα τίνι διοίσει τοῦ*

---

117) Freudenth. l. c. p. 28: „Der Hergang bei der Erzeugung einer Vorstellung ist also mit kurzen Worten folgender: Das Object bewegt das Sinnorgan, diese Bewegung bleibt als dauernde Affection in demselben zurück, afficirt unter günstigen Bedingungen das Centralorgan und erzeugt so die Vorstellung. Von dieser Affection des Centralorgans ausgehend erklärt Aristoteles die *φαντασία* für eine Bewegung, die von einer wirklichen Wahrnehmung ausgeht und das *φάντασμα* für eine leidendliche Bestimmtheit des Gemeinsinnes durch einen sinnlichen Reiz (*πάθος τῆς κοινῆς αἰσθήσεως*), sowie das *αἴσθημα* eine Affection des einzelnen Sinnes durch ein äusseres Object ist."

118) cf. p. 41. not. 103.

μὴ φαντάσματα εἶναι; ἢ οὐδὲ ταῦτα φαντάσματα, ἀλλ' οὐκ ἄνευ φαντασμάτων — contendit[119]) imaginandi vi nisi singulares imagines non effici, id quod h. l. refutari opus non est, quoniam Freudenthalius ipse aliis locis[120]) hanc sententiam reiecit.

Multi quidem loci Aristotelici[121]) indicare videntur sensuum affectiones *ἀπελθόντων πραγμάτων*, a quibus illae suscitatae erant, in corde in posterum permanere; at primum neque umquam Aristoteles meâ quidem sententiâ satis claris verbis illud declaravit ac demonstravit, neque eiusmodi doctrina ex

---

119) Freudenth. l. c. p. 13: „Die *φαντασία* ist verschieden vom bejahenden und verneinenden Urtheil, denn sie liefert bloss Einzelbilder und erst durch Verknüpfung entsteht Wahres und Falsches.“ — Illa enim *συμπλοκὴ νοημάτων* fieri potest, etiamsi *νοήματα* vel *φαντάσματα* non singularia sed composita sunt, id quod revera ex experientia depromas. Atque ne una quidem imago, si eam tuae menti claram praeberi velis, omnino sine ulla imagine esse potest, sed semper cum alia, a qua discernitur, imagine eam coniunctam invenias. cf. Schell l. c. p. 192: „Vorstellen ferner wäre unmöglich, da nichts schlechthin in sich Ununterschiedenes im sinnlichen Theile vorstellbar ist; denn alles ist in dem Grade vorgestelt in der Seele, als es deutlich in ihr inexistirt. Deutlich jedoch wird ein Object durch die Unterscheidung seiner Theile. Unterschieden ist jedoch nichts, das nicht von einem andern unterschieden ist und als solches in der Seele gegenwärtig ist.“ — cf. p. 27 nostrae disqu.

120) Freudenth. l. c. p. 56: „Auch das allgemeine Bild von Objecten, das nicht auf dem Wege sinnlicher Affection, sondern nur durch ein verallgemeinerndes Denken erzeugt werden kann, wird von Aristoteles .... *φάντασμα* genannt und somit wäre denn auch die *φαντασία* aus dem Gebiete sinnlicher Erscheiuungen in den Bereich begrifflicher Processe eingegeführt.“ ib. p. 30: „*φαντάσματα* sind nämlich nicht immer sinnlich vermittelte Affectionen, sondern verallgemeinerte Vorstellungen, die sich den Begriffen nähern.“

121) de mem. 1. 450ª 22: *τίνος μὲν οὖν τῶν τῆς ψυχῆς ἐστιν ἡ μνήμη, φανερόν, ὅτι οὗπερ καὶ ἡ φαντασία· καὶ ἔστι μνημονευτὰ καθ' αὑτὰ μὲν ὅσα ἐστὶ φανταστά, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ὅσα μὴ ἄνευ φαντασίας. ἀπορήσειε δ' ἄν τις πῶς ποτὲ τοῦ μὲν πάθους παρόντος τοῦ δὲ πράγματος ἀπόντος μνημονεύεται τὸ μὴ παρόν. δῆλον γὰρ ὅτι δεῖ νοῆσαι τοιοῦτον τὸ γινόμενον διὰ τῆς αἰσθήσεως ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ μορίῳ τοῦ σώματος τῷ ἔχοντι αὐτήν, οἷον ζωγράφημά τι τὸ πάθος, οὗ φαμὲν τὴν ἕξιν μνήμην εἶναι· ἡ γὰρ γινομένη κίνησις ἐνσημαίνεται οἷον τύπον τινὰ τοῦ αἰσθήματος, καθάπερ οἱ σφραγιζόμενοι τοῖς δακτυλίοις.*

argumentorum Aristotelis ratione sequi videtur, deinde: nonne difficultates iam supra delineatae, quas in illa doctrina versari vides, multo maiores sunt quam eae, quae in praeceptis nostris versantur, easdem sensuum affectiones non perseverare?[122]) Quamquam enim Freudenthalius ipse[123]) dicit Aristotelis doctrinam eandem esse videri atque doctrinam ab Hobbesio prolatam: affectiones illas (φαντάσματα et μνημονεύματα) motus esse modo agentes modo, quominus agant, impeditos — qui tandem fieri potest, ut motus vel affectiones impediantur, quippe quas, si affectiones in corde perseverare putas, aliam alium locum accurate segregatum habere necesse sit, nisi eas prorsus perturbari velis? Quomodo autem sensuum instrumentorum affectiones in intellectuale vertantur Aristoteles non magis quam nostra aetate philosophi satis clare ostendere potuit. Itaque recte Freudenthalius dicit neminem doctum, quamvis naturae rationem explanare studeat, ad hunc usque diem certo scire, quo modo fieri possit, ut vis materiae corporis nostri vel sensuum instrumentorum affectiones in vim mentis vertantur atque tamquam imagines rerum in intellectu apparere possint.[124]) Sed

122) de mem. 450ᵇ 10: οὐ μένει τὸ φάντασμα ἐν τῇ ψυχῇ.

123) Freudenth. l. c. p. 19.

124) Freudenth. l. c. p. 29: „Das Nähere über diesen Vorgang aber, die Möglichkeit eines besonderen Bestehens der Affectionen bei der ungeheuren Fülle der Eindrücke und der gegenseitig sich drängenden und hemmenden Bewegungen, die Vorgänge bei der Hemmung und Lösung der Affectionen, die Fortleitung derselben innerhalb der einzelnen Sinnorgane und von diesen zum Herzen, vor Allem aber die Art, wie sie den letzten Schritt aus dem somatischen Stoff in das Reich des Bewusstseins machen, das ist aus den Bildern und Gleichnissen, in welche Aristoteles diese Vorgänge hüllt, nicht herauszuschälen und hier ist im System des Aristoteles einer der Punkte, bei denen Aristoteles selbst zu voller Klarheit und Bestimmtheit der Anschauung nicht gekommen ist. Die Stoa nimmt jene Fragen auf, ohne sie vollkommen lösen zu können; die Skepsis benutzt sie als scharfe Waffen gegen die Lehrgebäude der Dogmatiker und sie sind Probleme der Psychologie bis auf unsere Tage geblieben.“ — Qua in re consentit Trendelenburgius p. 380: „Ceterum (Aristoteles) id sibi explicandum sumit, quae et qualis veri nota imaginationi insit, quae ratio inter sensum et hunc motum a sensu profectum intercedat, quaerere non curat.“

Nonnulla tamen, quae a Freudenthalio aliisque sunt vituperata tam-

naturae ratione, quam vis imaginandi sequitur, satis plane explicata, videamus nunc, utrum omnia, quibus inest sentiendi facultas, animantia habeant etiam imaginationem necne. Quum imaginationem eam esse animae actionem exposuerimus, qua imagines nobis exsistant i. e. qua sensuum instrumentorum affectiones non vi mentis adhibita („nicht mit Bewusstsein") in aliquod intellegibile vertantur ac menti ipsi tamquam imagines rerum obiectarum praebeantur, primum quaerendum esse videtur, num omnibus animantibus sentiendi facultate praeditis eae, quibus illud fieri possit conditiones adhaereant. Ex Aristotelis libris de anima elucet omnia animalia, ne uno quidem excepto, etsi non omnes sensus, eum certe sensum habere opus esse, quo res obiectas contrectent ac sentiant.[125]) Quae si non ita sese haberent, animal, quippe quod, ut vitam suam conservet, praecipue suum ipsius corpus tactu sentire posse debeat, neque cibum apprehendere neque ea, quae ei noxia atque inimica sunt fugere posset. Accedit, quod animalibus etiam gustum, tamquam genus quoddam tactu sentiendi, inesse necesse est. Iam vero ex Aristotelis scriptis elucet ex eius iudicio sensuum instrumentorum affectiones aëre, qui in *πόροις* sit, indeque sanguine qui in venis circumfluat ad cor vel simile,[126]) quo nullum animal prorsus carere possit perduci. Non omnes autem affectiones quasi imagines usque ad mentem penetrare, sed eas tantum, quae satis vehementer rebus obiectis sint excitatae, iam supra exposuimus, itemque non verisimile esse, affectiones illas in sensuum instrumentis ipsis permanere.[127])

Sed quaeritur omnibusne in animalibus sensuum instrumentorum quaedam affectiones imagines fiant, etiamsi nonnullae magis tenues affectiones quasi in imagines non mutentur. Illud

---

quam obscura, tibi nostra in disquisitione accuratius perlustrata atque investigata, perspicua erunt, imprimis qui fieri possit, ut *αἰσθήματα* vel imagines segregatim tibi maneant.

125) de an. 434^a 25; ib. 434^b 7; 434^b 16 sq. 434^b 23: *καὶ φανερὸν ὅτι οὐχ οἷόν τε ἄνευ ἁφῆς εἶναι ζῷον.*

126) cf. p. 35 sqq. de gen. an. 781^a 20: *οἱ γὰρ πόροι τῶν αἰσθητηρίων πάντων ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεως τείνουσι πρὸς τὴν καρδίαν, τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι καρδίαν πρὸς τὸ ἀνάλογον.*

127) cf. p. 38 et p. 46.

fieri testis est Aristoteles ipse, qui docet, nullum appetitum sine imaginibus inveniri. Quum vero omnibus animalibus illum quidem appetitum inesse opus sit, quo et cibum apprehendant et inimica noxiaque fugiant, iis etiam imagines et cibi et inimicorum noxiorumque tribuendae sunt, nisi forte quisquam putet animalia omnibus rebus inimicis, quae impendeant, carere atque ab omnibus partibus copiose et semper cibo circumdata esse, ita ut tangendi et gustandi sensus per se ad vitam eorum conservandam sufficere possint.[128] Praeterea Aristoteles[129] explanavit *in omnibus animalibus quasi sensitivam imaginationem, φαντασίαν αἰσθητικὴν inesse; unde efficitur, iis locis*[130] *quibus non omnia animalia imaginationem habere contenditur, illam alteram imaginationem βουλευτικὴν vel νοητικὴν ab Aristotele dici.*

Quibus opposita esse videntur quae supra disseruimus: sensuum instrumentorum affectiones nullo alio modo quam vi intellectuali adhibita imagines fieri posse, ita ut, quibus animalibus imaginatio inesset, iis etiam intellectum aliquem, sicut hominibus νοῦν ποιητικόν, tribuendum esse opus esset. Non tamen arbitrari debemus eam animalium vim intellectualem, qua iis imagines exsistant, eandem esse ac νοῦν ποιητικὸν hominum, sed illud dumtaxat iure contendi posse videtur, animalium quoque animae vim quandam superiorem et quasi intellectualem inesse, cuius actione imagines animalibus exsistant.

Iam si ea, quae supra explicavimus, perspexeris persuasum habebis *ex Aristotelis sententiâ omnibus animalibus φαντασίαν inesse αἰσθητικὴν ab eaque φαντασίαν λογιστικὴν sive βουλευτικὴν discrimine separari* de an. 433b 29: *φαντασία δὲ πᾶσα ἢ λογιστικὴ ἢ αἰσθητική.* Itaque quae a Freudenthalio[131] dicuntur: „Aus dem Namen *φαντασία λογιστικὴ* oder *βουλευτικὴ*

---

128) cf. Brandis, Ar., seine ac. Zeitgen. etc. p. 1133 sq.

129) de an 434a 5: *ἡ μὲν οὖν αἰσθητικὴ φαντασία, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις ὑπάρχει, ἡ δὲ βουλευτικὴ ἐν τοῖς λογιστικοῖς.*

130) de an. 415a 10; Anal. post. II, 19. 99b 36. Metaph. A. 1. 980a 28 sq. de an 428a 9: *πᾶσιν ἂν ἐνδέχοιτο τοῖς θηρίοις φαντασίαν ὑπάρχειν· δοκεῖ δ'οὔ, οἷον μύρμηκι μὲν ἢ μελίττῃ, σκώληκι δ'οὔ.*

131) Freudenth. l. c. p. 31.

darf man aber nicht schliessen wollen, nach Aristoteles könne die Phantasie als solche eine Thätigkeit des Schliessens, Vergleichens und Ueberlegens sein. Diese Auffassung wäre in vollem Gegensatze zu Allem, was Aristoteles sonst über die *φαντασία* sagt. Nur indem die Vorstellung sich an die Thätigkeit des Ueberlegens oder Schliessens, welche vom Denken ausgeht, anlehnt, wird sie *λογιστική* oder *βουλευτική* genannt, wie sie *φαντασία αἰσθητική* bleibt, wenn eine solche Denkthätigkeit nicht zugleich ausgeübt wird und, wie bei den Thieren, ein bloss sinnliches Bild vorhanden ist, dem die Bewegung ohne vorgängige Ueberlegung folgt" — et a Trendelenburgio[132]: „Imaginatio, sicut inter intellectum et sensus media interiecta est, ita communis appetitus fons, sive appetitus a ratione ducitur, sive e cupidine nascitur. Imaginatio ea vis, qua *ὄρεξις*, quae motum moderatur, proficiscitur. Quare factum est, ut *φαντασία λογιστική* et *αἰσθητική* dirimeretur. Illa rationes, quae tamquam computationes ducuntur, sive grata sive odiosa specie induit, ut facilius aut ad expetendum aut ad fugiendum impellant; haec, quae a sensibus tradita accepit, quasi propria facit, ut rursus ad agendum incitare possint. Quare si ab uno imperfectorum animalium sensu cupido excitari potest, quaeritur, an in his ipsis imperfectis imaginatio statui possit. Sicut indefinito et incerto modo moventur, ita et eorum imaginatio utpote motus causa indefinita iudicanda est" — ea in universum recte dicuntur; at *φαντασία βουλευτική* et *φαντασία αἰσθητική* neque a Freudenthalio neque a Trendelenburgio satis acute, altera ab altera, segregantur. Una enim genere quidem est[133]. vis *φαντασίας* et *νοητικῆς* et *αἰσθητικῆς*, modi autem imaginandi vel *φαντασμάτων* genera diversa recte habentur. Nam si eae affectiones materiae corporis, sive sanguinem rursus sensuum instrumentis suscitatum sive nervos putas, quae

132) Trendelenbrg. l. c. p. 451.

133) cf. p. 28 sqq. de an. 427b 14: *φαντασία γὰρ ἕτερον καὶ αἰσθήσεως καὶ διανοίας· αὐτὴ οὐ γίνεται ἄνευ αἰσθήσεως, καὶ ἄνευ ταύτης οὐκ ἔστιν ὑπόληψις.* ib. 429a 1: *ἡ φαντασία ἂν εἴη κίνησις ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως τῆς κατ' ἐνέργειαν γιγνομένη.* de mem. 450a 10: *τὸ φάντασμα τῆς κοινῆς αἰσθήσεως πάθος ἐστίν.*

rebus obiectis praesentibus excitatae sunt *ἐν μεσότητι* vi imaginandi in intellectuale versae tamquam imagines rerum exsistunt, fit quidem unà eàdemque imaginandi vi[133]); *sed hic modus imaginandi iure φαντασία αἰσθητική*[134]) *nominatur et eiusmodi imaginibus, quae alias αἰσθήματα*[135]) *quoque appellantur, nomen φαντασμάτων αἰσθητικῶν indere possis. Ac si materiae corporis affectiones, quae rebus obiectis non praesentibus, sed absentibus i. e. sensus aliqua perceptione aut modo aut iam pridem acceptâ excitantur, in intellectuale versae, adhibita vi aliqua animae, tamquam rerum imagines menti tuae praebentur, ea imaginandi actio sane φαντασία λογιστική sive βουλευτική nominatur ex eaque profectis imaginibus nomen φαντασμάτων λογιστικῶν quasi νοημάτων tribuere possis.*[136])

Hoc discrimen inter *φαντασίαν αἰσθητικὴν* et *βουλευτικὴν* s. *λογιστικὴν* iis quos attulimus locis non dico adumbratum sed disertis verbis explicatum esse invenias. Sed aliis quoque et permultis locis illud discrimen factum etsi primis tantum quasi lineis designatum esse vides.[136])

Sed quum *μνήμας* et *φαντάσματα* quaedam quodammodo inter se cohaerere intellegas, ita ut inter illa nullum fere discrimen inveniatur, quaerendum est, quid intersit inter *μνημόνευμα* et *φάντασμα*. Aristoteles[137]) exponit memoriam semper cum

---

134) de mot. an. 702ª 19: *αὕτη* (sc. *ἡ φαντασία*) *δὲ γίνεται η διὰ νοήσεως ἢ δι' αἰσθήσεως.* de an. 434ª 5: *ἡ μὲν οὖν αἰσθητικὴ φαντασία, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις ὑπάρχει, ἡ δὲ βουλευτικὴ ἐν τοῖς λογιστικοῖς*, et al.

135) Metaph. 1063ᵇ 2: *οὐχ ὅμοια φαίνεται τὰ κατὰ τὰς αἰσθήσεις, αὐτὰ μὲν οὐδεμιᾶς διά γε τοῦτο μεταβολῆς κοινωνοῦντα τὰ αἰσθητά, αἰσθήματα δ'ἕτερα ποιοῦντα κτλ.* de an. 431ª 19: *τῇ δὲ διανοητικῇ ψυχῇ τὰ φαντάσματα οἷον αἰσθήματα ὑπάρχει* de mem. 450ª 30: *ἡ γὰρ γινομένη κίνησις ἐνσημαίνεται οἷον τύπον τινὰ τοῦ αἰσθήματος κτλ.*

136) de an. 434ª 6 sq. Hist. an. 587ᵇ 10: *μνημονεύει ὀψὲ τὰς φαντασίας.* Metaph. 980ᵇ 25: *τὰ μὲν οὖν ἄλλα ταῖς φαντασίαις ζῇ καὶ ταῖς μνήμαις, ἐμπειρίας δὲ μετέχει μικρόν.* de an. 427ᵇ 8 sq. ib. 433ª 10 sq. Metaph. 1062ᵇ 34 sq. de mot. an. 701ᵇ 35 sq. ib. 703ᵇ 18 sq. — cf. et. Bon. ind. Ar. 811ᵇ 25 sqq.

137) de mem. 450ᵇ 20: *οἷον γὰρ τὸ ἐν τῷ πίνακι γεγραμμένον καὶ ζῷόν ἐστι καὶ εἰκών, καὶ τὸ αὐτὸ καὶ ἓν τοῦτ' ἐστὶν ἄμφω, τὸ μέντοι εἶναι οὐ*

tempore esse coniunctam ita, ut, si quid in memoriam revocare velis, simul in mentem tibi venire oporteat eius temporis, quo illud cuius meministi, vidisti vel audisti, id quod fieri non posse intellegas, nisi unâ cum illa singulari imagine, cuius meministi, illae quoque imagines rerum tibi ad mentem accedunt, quae illius unius aut pro tempore aut pro loco similes vel vicinae erant. — Iam quaeritur, utrum rei ipsius obiectae, an eius imaginis memineris. Sine dubio imaginem tantum rei obiectae in memoriam tibi reducis, non rem obiectam ipsam, quippe cuius per se meminisse non possis. Non enim rem obiectam per se, sed imaginem tantum eius sentiendo quondam accepisti, cuius nunc rursus in mentem tibi venit. Atque imaginem in memoriam tibi revocans rei obiectae ipsius meministi. Quam ob rem non recte Freudenthalius[138]) hac in quaestione etiam atque etiam hanc quaestionem redire dicit, quo modo fieri possit, ut *φάντασμα*, si ad rem obiectam referatur, non *φάντασμα*, sed potius *μνημόνευμα* tibi videatur. Non enim, si quid in memoriam tibi reducis, unius quasi singularis imaginis meministi, sed simul complurium imaginum, quas omnes ad res obiectas aut uno tempore aut uno vel vicino loco sensuum instrumentis quondam perceptas referis, qua in re simul certi temporis in mentem tibi venit. Quam ob rem ab Aristotele summo iure iis solum animantibus *μνήμη* tribuitur, quae *φαντασίαν βουλευτικήν* habent i. e. hominibus et superioribus animalibus.[139]) — Quibus repugnare videntur quae de mem. 450ª 12: *ἡ δὲ μνήμη καὶ ἡ τῶν νοητῶν οὐκ ταὐτὸν ἀμφοῖν, καὶ ἔστι θεωρεῖν καὶ ὡς ζῷον καὶ ὡς εἰκόνα, οὕτω καὶ τὸ ἐν ἡμῖν φάντασμα δεῖ ὑπολαβεῖν καὶ αὐτό τι καθ' αὑτὸ εἶναι θεώρημα καὶ ἄλλου φάντασμα. ᾗ μὲν οὖν καθ' αὑτό, θεώρημα ἢ φάντασμά ἐστιν, ᾗ δ' ἄλλου, οἷον εἰκὼν καὶ μνημόνευμα.* ib. 449ᵇ 24: *ἔστι μὲν οὖν ἡ μνήμη οὔτε αἴσθησις οὔτε ὑπόληψις, ἀλλὰ τούτων τινὸς ἕξις ἢ πάθος, ὅταν γένηται χρόνος .... ἀλλὰ τοῦ μὲν παρόντος αἴσθησις, τοῦ δὲ μέλλοντος ἐλπίς, τοῦ δὲ γενομένου μνήμη.* ib. 450ª 19: *ἀεὶ γὰρ ὅταν ἐνεργῇ τῇ μνήμῃ, καθάπερ καὶ πρότερον εἴπομεν, ὅτι εἶδε τοῦτο ἢ ἤκουσεν ἢ ἔμαθε, προσαισθάνεται, ὅτι πρότερον· τὸ δὲ πρότερον καὶ ὕστερον ἐν χρόνῳ ἐστιν.* ib. 452ᵇ 23 sqq. et al.

138) Freudenth. l. c. p. 35.

139) de mem. 450ª 22: *τίνος μὲν οὖν τῶν τῆς ψυχῆς ἐστὶν ἡ μνήμη, φανερόν, ὅτι οὗπερ καὶ ἡ φαντασία* videl. *βουλευτική*. Hist. an. 589ª 1 sq; ib. 488ᵇ 24 sqq. Metaph. 980ª 27 sqq. Eth. Nic. 1147ᵇ 2: *ἡ γὰρ ἐπιθυμία*

ἄνευ φαντάσματός ἐστιν. ὥστε τοῦ νοουμένου κατὰ συμβεβηκὸς ἂν εἴη, καθ' αὑτὸ δὲ τοῦ πρώτου αἰσθητικοῦ. διὸ καὶ ἑτέροις τισὶν ὑπάρχει τῶν ζῴων καὶ οὐ μόνον ἀνθρώποις καὶ τοῖς ἔχουσι δόξαν ἢ φρόνησιν — leguntur, quo loco verbis *καὶ τοῖς ἔχουσι* etc. („Desshalb kommt die Erinnerung auch anderen lebenden Wesen und nicht allein den Menschen und den mit Meinung und Ueberlegung begabten Wesen zu") aliis quoque animalibus iisque non praeditis opinione atque deliberatione *μνήμη* tribui videtur. Verum etiamsi Aristoteles ceteroquin animalibus quibusdam *μνήμην* quidem largitus est, *δόξαν* autem nusquam concessit, ita ut in repugnantiam incidisse videatur,[140]) tamen eam repugnantiam apud Aristotelem numquam disertis verbis pronuntiatam invenias.

Quae Freudenthalius de iis quae apud Aristotelem inveniuntur generibus imaginum vel *φαντασίας* exposuit laudamus (Erscheinung für den Sinn; blosser Schein oder Spuckerscheinung; Vorstellung); qua in re somnia iis quae Freudenthalius „Spuckerscheinungen" interpretatus est *φαντάσμασιν* inserta esse videntur.[141]) Rationem autem qua ex Aristotelis sententiâ somnia oriantur h. l. non curamus, quippe quae ex iis quae supra dicta sunt, satis clare eluceat.

Sed postquam primum imaginationem definitione explicavimus, deinde naturae rationem imaginationis circumscripsimus ac postremo modos imaginationis enumeravimus, videamus nunc quam vim imaginatio habeat in appetitum, quippe quem apud homines saltem et animalia superiora ab imaginibus proficisci solere Aristoteles ipse docet.

Quo modo fieri possit, ut *ὄρεξις* ab imaginatione suscitata regatur.

Appetitus et a sensuum perceptionibus,[142]) quatenus ad mentem perveniunt, *αἰσθήμασιν* et ab intellectu ipso, ad quem

---

ἐναντία, ἀλλ' οὐχ ἡ δόξα, τῷ ὀρθῷ λόγῳ· ὥστε καὶ διὰ τοῦτο τὰ θηρία οὐκ ἀκρατῆ, ὅτι οὐκ ἔχει τῶν καθόλου ὑπόληψιν, ἀλλὰ τῶν καθ' ἕκαστα φαντασίαν καὶ μνήμην.

140) cf. p. 10 sq. 141) Freudenth. l. c. p. 41 sq.

142) de an. III, 7. 431ª 8: *τὸ μὲν οὖν αἰσθάνεσθαι ὅμοιον τῷ φάναι μόνον καὶ νοεῖν· ὅταν δὲ ἡδὺ ἢ λυπηρόν, οἷον καταφᾶσα ἢ ἀποφᾶσα διώκει*

memoria *μνήμη* et spes *ἐλπίς* accedunt[143]) proficisci possunt, ita tamen, ut illi (*ἐπιθυμία*) imprimis animalibus,[144]) hi (*βούλησις*) hominibus tantum tribuantur.[145]) Uterque autem in corde vel analogo sentienti, *μεσότητι αἰσθητικῇ*, efficitur,[112]), quoniam motus quisque voluntarius intellectu aliquo et appetitu oritur.[146]) Quod Aristoteles appetitum *ὄρεξιν* cum iudicandi aliqua actione *τῷ καταφάναι ἢ ἀποφάναι*[147]) comparat, ita ut iucundas quidem imagines (easque et *αἰσθήματα* a rebus obiectis praesentibus profecta et *φαντάσματα* ex intima anima repetita) animae iudicanti probari, iniucundas autem et molestas ab illa negari et quasi refutari putet, id de hominibus tantum dictum esse putamus,[147]) quippe qui soli mente praediti esse videantur. Imaginandi enim facultas, quam omnibus animalibus, scilicet illam *φαντασίαν αἰσθητικὴν* inesse, loci Aristotelici docent, per se non idem quod iudicium est, sed menti imagines, quasi materiam vel instrumenta praebet, ex quibus coniunctis interque se comparatis iudicium redundet. Manifestum igitur est animam, ut

---

ἢ φεύγει· καὶ ἔστι τὸ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι τὸ ἐνεργεῖν τῇ αἰσθητικῇ μεσότητι πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἢ κακόν, ᾗ τοιαῦτα, καὶ ἡ φυγὴ δὲ καὶ ἡ ὄρεξις τοῦτο ἡ κατ' ἐνέργειαν.

143) Phys. VII, 3. 247ª 8: *ἅπασα γὰρ ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας τὰς σωματικάς, αὗται δὲ ἢ ἐν τῷ πράττειν ἢ ἐν τῷ μεμνῆσθαι ἢ ἐν τῷ ἐλπίζειν. αἱ μὲν οὖν ἐν τῇ πράξει κατὰ τὴν αἴσθησίν ἐστιν, ὥσθε ὑπ' αἰσθητοῦ τινος κινεῖσθαι, αἱ δ' ἐν τῇ μνήμῃ καὶ ἐν τῇ ἐλπίδι ὑπὸ ταύτης.* — cf. et. Trendelenbrg. comm. cit. p. 150 sqq. de an. 433ª 9.

144) de part. an. 641ᵇ 4 sq. de an. II, 3. 414ᵇ 3: *τὰ δὲ ζῷα πάντ' ἔχουσι μίαν γε τῶν αἰσθήσεων τὴν ἁφήν· ᾧ δ' αἴσθησις ὑπάρχει, τούτῳ ἡδονή τε καὶ λύπη καὶ τὸ ἡδύ τε καὶ τὸ λυπηρόν· οἷς δὲ ταῦτα, καὶ ἡ ἐπιθυμία· τοῦ γὰρ ἡδέος ὄρεξίς ἐστιν αὕτη.*

145) Eth. Nic. VI, 2. 1139ª 17.

146) cf. not. 142 et 145; de an. 431ª 14: *τῇ δὲ διανοητικῇ ψυχῇ τα φαντάσματα οἷον αἰσθήματα ὑπάρχει. ὅταν δὲ ἀγαθὸν ἢ κακὸν φήσῃ ἢ ἀποφήσῃ, φεύγει ἢ διώκει;* ib. 431ᵇ 8: *καὶ ὅταν εἴπῃ ὡς ἐκεῖ τὸ ἡδὺ ἢ λυπηρόν, ἐνταῦθα φεύγει ἢ διώκει καὶ ὅλως ἐν πράξει.*

147) de an. III, 10. 433ª 10: *πολλὰ γὰρ παρὰ τὴν ἐπιστήμην ακολουθοῦσι ταῖς φαντασίαις, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις οὐ νόησις οὐδὲ λογισμός ἐστιν, ἀλλὰ φαντασία.*

iudicium faciat, imaginibus carere non posse.[148]) Sed omne iudicium in comparatione aliqua versari imaginum — non enim tam res obiectas per se ipsas sensibus vel animo excipere possis quam earum species — iam supra expositum est.[149]) Quod si imagines inter se comparas, eam comparationem unà eàdemque mensurà a mente repetità aut veritatis vel officii aut utilitatis vel voluptatis facias oportet, ita ut rem vel potius eius imaginem alteram altera aut meliorem esse, si sentientis animae appetitum spectas, aut, si cogitantis animae respicis appetitum βούλησιν, alteram veram alteram falsam esse iudices. Illa quidem voluptatis mensura et animalia et homines utuntur, eam autem veritatis soli homines adhibere possunt. Nam homines conclusionibus et ratiocinationibus uti solere videntur, neque in intellectus tantum actionibus sed etiam in voluntariis corporis motibus;[150]) ad utrumque enim genus agendi aliqua voluptas tamquam finis agendi accedere videtur. Intellectus id quod concludendo assequimur sibi tamquam contemplandum reservat, neque umquam illud adipisci studeret, nisi aliqua voluptas sive iucunditas aut in re ipsa contemplanda aut in re petenda versaretur, sive voluptatem intellectus in eo esse putas, quod intellectus, postquam magnam difficultatem labore suo sustulit, propositum assecutus valetudine virium mentis ad difficultatem tollendam idonearum gaudeat, sive in eo, quod intellectus ex agendo ipso, quatenus apte vires suas adhibeat,

---

148) de an. 431^{b} 2: τὰ μὲν οὖν εἴδη τὸ νοητικὸν ἐν τοῖς φαντάσμασι νοεῖ, καὶ ὡς ἐν ἐκείνοις ὥρισται αὐτῷ τὸ διωκτὸν καὶ φευκτόν, καὶ ἐκτὸς τῆς αἰσθήσεως, ὅταν ἐπὶ τῶν φαντασμάτων ᾖ, κινεῖται κτλ.

149) cf. p. 16 sqq.

150) de mot. an. 701^{a} 22: ὅτι μὲν οὖν ἡ πρᾶξις τὸ συμπέρασμα φανερόν. αἱ δὲ προτάσεις αἱ ποιητικαὶ διὰ δύο εἰδῶν γίνονται, διά τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ διὰ τοῦ δυνατοῦ .... ἀντ᾽ ἐρωτήσεως γὰρ ἢ νοήσεως ἡ τῆς ὀρέξεως γίνεται ἐνέργεια. ποτέον μοι, ἡ ἐπιθυμία λέγει· τοδὶ δὲ ποτόν, ἡ αἴσθησις εἶπεν ἢ ἡ φαντασία ἢ ὁ νοῦς· εὐθὺς πίνει. οὕτως μὲν οὖν ἐπὶ τὸ κινεῖσθαι καὶ πράττειν τὰ ζῷα ὁρμῶσι, τῆς μὲν ἐσχάτης αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι ὀρέξεως οὔσης, ταύτης δὲ γινομένης ἢ δι᾽ αἰσθήσεως ἢ διὰ φαντασίας καὶ νοήσεως. τῶν δὲ ὀρεγομένων πράττειν τὰ μὲν δι᾽ ἐπιθυμίαν ἢ θυμὸν τὰ δὲ δι᾽ ὄρεξιν ἢ βούλησιν, τὰ μὲν ποιοῦσι, τὰ δὲ πράττουσιν.

admodum magnam voluptatem capere possit.[151]) Quem tandem alium putas finem intellectus agentis, nisi aut voluptatem vel utilitatem aut offfcium? in his omnibus autem aut aliquam voluptatem inesse aut ea, ut de utilitate loqui possim, ad aliquam voluptatem adipiscendam idonea esse invenias. Atque etiam in omni officio aliquod dulce situm esse videtur, neque minus in eo, quod id perficere difficile ac molestum est. Quid autem est, quod tibi aliquod officium faciendum esse credas? Certe quod, neglecto ceterorum quidem omnium hominum iudicio, officium a te factum tibi ipsi probatum iri ac tuam ipsius conscientiam factum laudaturam esse existimas. Sed quid est, cur probes, nisi illud ex tua quidem sententia pro recto et honesto habendum est? Recte igitur agere et honeste tibi placet; quod autem placet, in eo quaedam voluptas aut inest aut ex eo redundat. Quidquid igitur appetis, semper aliquid boni assequi studere videris.[152]) Nulla autem res obiecta et per se et semper et omnibus aeque bona esse videtur,[153]) quoniam omnis res, cum aliâ comparata, aliqua ratione dignior haberi potest, quae concupiscatur, ita ut, quamcumque antetuleris, semper rem altero in genere meliorem altero in genere peiorem elegeris.[154]) Quam ob rem imagines, quatenus animae

---

151) Rhet. 1371ª 31: *καὶ τὸ μανθάνειν καὶ τὸ θαυμάζειν ἡδὺ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· ἐν μὲν γὰρ τῷ θαυμάζειν τὸ ἐπιθυμεῖν ἐστίν, ὥστε τὸ θαυμαστὸν ἐπιθυμητόν, ἐν δὲ τῷ μανθάνειν εἰς τὸ κατὰ φύσιν καθίστασθαι. καὶ τὸ εὖ ποιεῖν καὶ τὸ εὖ πάσχειν τῶν ἡδέων· τὸ μὲν γὰρ εὖ πάσχειν τυγχάνειν ἐστὶν ὧν ἐπιθυμοῦσι, τὸ δὲ εὖ ποιεῖν ἔχειν καὶ ὑπερέχειν, ὧν ἀμφοτέρων ἐφίενται, κτλ.* ib. 1410ᵇ 10: *τὸ γὰρ μανθάνειν ῥᾳδίως ἡδὺ φύσει πᾶσίν ἐστι κτλ.* Poet. 1448ᵇ 13 sqq. et al.

152) Hist an. 589ª 7: *διώκει δὲ πάντα τὴν κατὰ φύσιν ἡδονήν.* Eth. Nic. 1176ª 2—6.

153) de an. 433ᵇ 5: *ἐπεὶ δ'ὀρέξεις γίνονται ἐναντίαι ἀλλήλαις, τοῦτο δὲ συμβαίνει ὅταν ὁ λόγος καὶ ἐπιθυμία ἐναντίαι ὦσι, γίνεται δ'ἐν τοῖς χρόνου αἴσθησιν ἔχουσιν· (ὁ μὲν γὰρ νοῦς διὰ τὸ μέλλον ἀνθέλκειν κελεύει, ἡ δ'ἐπιθυμία διὰ τὸ ἤδη· φαίνεται γὰρ τὸ ἤδη ἡδύ, καὶ ἁπλῶς ἡδὺ καὶ ἀγαθὸν ἁπλῶς, διὰ τὸ μὴ ὁρᾶν τὸ μέλλον·)* Eth. Nic. VII, 5. 1147ª 31: *ὅταν οὖν ἡ μὲν καθόλου ἐνῇ κωλύουσα γεύεσθαι, ἡ δὲ* (sc. *καθόλου*), *ὅτι πᾶν τὸ γλυκὺ ἡδύ, τουδὶ δὲ γλυκύ κτλ.*

154) Nam si qua res per se prorsus bona et anteferenda esset, eiusmodi res eâdem te necessitate cogeret, qua maius pondus in librae lance

tuae praesto sunt, inter se compares oportet, ita tamen, ut quae res melior vel pro officio rectior ac propterea anteferenda sit iudices. In quam comparationem ac iudicium ex ea profectum et qualitatem imaginum et quantitatem maximam vim habere perspicuum est. Nam quae res revera melior et dignior sit quae cupiatur, id eo celerius ac clarius tibi patebit, quo clariores et quo plures imagines ab animo repetitas ad conclusiones tuas et ad iudicium faciendum adhibueris. Quum igitur rem meliorem et anteferendam ac naturae tuae et mentis et corporis accommodatam inveneris, si *καταφήσῃ*, appetes eam, si autem peiorem naturaeque tuae minime accommodatam, si *ἀποφήσῃ*, vitabis, nisi, id quod infra investigabimus, aliquod superius, *νοῦς*, repugnat.

Haec quidem de ea re, quae magis concupiscenda et anteferenda est. Minor labor autem minusque studium animo adhibendum est, ut, quae res concupiscenda sit, non illa diligentia et comparatione cum aliis rebus adhibita, eluceat. Si in officinam, ut ita dicam, imaginationis 'Vorstellungsthätigkeit' descenderis, omni sensuum instrumentorum affectione ad *μεσότητα* sentientem ductâ alias ibi et similes affectiones suscitari videbis. Quas affectiones, si satis vehementer sunt effectae, aliqua vi animae intellectuali adhibitâ, *φαντασίᾳ* in intellegibile verti iam supra demonstratum est.[155]) Quare imago quaeque alias imagines ex intimo animo quasi revocat, quibuscum se coniungere inter easque locum petere ac tenere studet.[156]) Iam si qua perceptio iucunda est, (iucundum dico inferioribus animalibus id quod eiusmodi animalis corpori accommodatum est,[157] superi-

---

positum, ut exciperes, ita ut libera hominis voluntas locum omnino non haberet. Cfr. et. Brent. l. c. p. 150 sq.

155) cf. p. 27 sqq.

156) cf. p. 24.

157) Conferas quae Schellius p. 254 sq. recte exponit: „Die Gefühle, welche ein Object bei verschiedenen Menschen mit verschiedenem Körperbau hervorruft, sind weit verschiedener als die Vorstellungen und derartig, dass sie der Constitution des Leibes entsprechen, so dass das, was nützlich ist (ohne als solches zu erscheinen) angenehme Stimmungen erregt; was schädlich ist, widerliche (Eth. Nic. X, 5. 1176ª 10—16: die wahre und vollkommene Lust sei die, welche dem, körperlich und geistig, Voll-

oribus autem animalibus et hominibus praeterea id quod aliqua comparatione imaginum — nam in superioribus animalibus et in hominibus imago altera alteram celerrime et quasi illis insciis suscitat, — ut iucundum emanat,) plus auxilii in associatione sua in locoque petendo a ceteris imaginibus impetrabit quam iniucunda perceptio. Iucundae enim perceptiones facilius ac tenacius, quoniam naturae et animalis et hominis accommodatiores sunt, in animo haerere videntur, quam quae iniucundae ac molestae sunt. In omni igitur imagine aliquod studium esse videtur, quo alias imagines revocans maiorem petat perspicuitatem; quam eo maiorem esse intellegas, quo plures eaeque clariores imagines ad comparandum adhibentur. Quum autem *αἰσθήματα* maiorem reliquis imaginibus perspicuitatem habere soleant (*φάντασμα* enim Aristoteles *αἴσθησιν ἀσθενῆ* nominat[158]) anima cupit, ut prima illa sensuum affectio eaque iucunda redeat, i. e. rem obiectam appetit. Ergo imaginandi actionem et, quae ex illa evadit, imaginum perspicuitatem, in originem appetitus maximam vim habere manifestum est. Etiam missa hac de appetitus origine difficili quaestione, quam vim imaginatio in appetitum habeat, facile invenias investigans, quid sit, quod aliquam rem appetas? Nemque quod ex re appetitâ aliquam iucunditatem tibi evasuram esse aut non ignoras aut spem habes. Scientia autem ac spes non positae sunt nisi in imaginibus.[159]) — Neque tamen omnem appetitum sequitur

---

kommenem eigne. Jene Lust, welche dem Kranken und Schlechten zukömmt, ist nicht wahre und vollkommene Lust: *ἡδέα δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τούτοις καὶ οὕτω διακειμένοις.*) . . . Die Eigenthümlichkeit des Gefühles verschiedener Menschen, welche ganz ihrer Leibesconstitution entspricht, berechtigt zu der Folgerung, es sei auch die Verschiedenheit der Thätigkeiten der Thiere, welche in wesentlichem Zusammenhange mit ihrem Organismus steht, psychisch begründet in der verschiedenen Stimmbarkeit der sensitiven Seele, welche ja thatsächlich mit dem körperlichen Zustande inniger verknüpft ist, als das Denken. Dies ist, wie es scheint, die Ansicht des Ar., wenn er etc." — Hist. an. 608ª 13—18; ib. 588ª 17 sqq.

158) Rhet. 1370ª 28: *ἡ φαντασία ἐστὶν αἴσθησίς τις ἀσθενής.* cf. Bon. ind. Ar. 811. 2.

159) de an. 431ª 17: *οὐδέποτε νοεῖ ἄνευ φαντάσματος ἡ ψυχή.* ib. 432ª 8 sq. de mem. 449ᵇ 31.

actio, quae ad rem optatam adipiscendam spectat. Ut actio sequatur, ante omnia opus est, eam affectionem, per quam appetitus excitatus est, maiore affectione neque diminui neque deleri: id quod in omnia animalia, aeque in infima atque in homines cadit; deinde rem optabilem eam videri, quae apprehendi possit ab ipso qui appetit: id quod in animalia uberius instructa[160]) et in homines cadere vides; postremo, nihil superius (*νοῦν*) animae cupienti, quum rem appetit, repugnare: id quod hominibus tantum proprium est.[161]) Itaque in illis infimis animalibus omnem sensuum instrumentorum affectionem statim motus ad rem aut petendam aut fugiendam sequi solet, quippe in quibus nulla imaginum comparatio fiat, sive locis Aristotelicis assentiens eiusmodi animalia non habere nisi *φαντασίαν αἰσθητικὴν* sive iis imaginandi facultatem omnino non esse putas. Cetera autem animalia superiora iam aliqua imaginum comparatione uti videntur, cuius rei tibi animalium historia satis multa exempla praebet.

Sed multo magis complicatam imaginum inter se comparationem homo, propter imaginum cogitationumque copiam tempore procedente acquisitam, ad actiones suas adhibet vel adhibere potest. Quamvis enim aliquam rem tamquam meliorem reliquis quas appetere et assequi possit rebus anteferendam esse intellegat,[162]) tamen non prius sibi illam rem appetendam sibique omnino agendum esse putat, quam investigaverit, quod aut bonum aut noxium, et sibi ipsi et aliis hominibus, sequeretur, si egisset illamque rem appetitam revera assecutus esset.[163]) Quam ob rem culpa actionum voluntate eius effectarum in hominem ipsum derivanda eique imputanda est.[164]) Illud autem honestum

160) Eth. Nic. 1141ª 27: *τῶν θηρίων ἔνια φρόνιμα κτλ.* cf. Bon. ind. Ar. p. 330.

161) de an. 433ª 6: *ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἡ ὄρεξις ταύτης κυρία τῆς κινήσεως· οἱ γὰρ ἐγκρατεῖς ὀρεγόμενοι καὶ ἐπιθυμοῦντες οὐ πράττουσιν ὧν ἔχουσι τὴν ὄρεξιν, ἀλλ' ἀκολουθοῦσι τῷ νῷ.*

162) Eth. Nic. 1112ª 15: *ἡ γὰρ προαίρεσις μετὰ λόγου καὶ διανοίας κτλ.*

163) de an. 433ᵇ 7: *ὁ μὲν γὰρ νοῦς διὰ τὸ μέλλον ἀνθέλκειν κελεύει κτλ.*

164) Eth. Nic. 1113ᵇ 6: *ἐφ' ἡμῖν δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κακία. ἐν οἷς γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ πράττειν καὶ τὸ μὴ πράττειν, καὶ ἐν οἷς τὸ μὴ καὶ τὸ ναί κτλ.* ib. 1114ᵇ 31 sqq.

vel turpe, quod aliquam actionem sequi possit, homo cogitans nisi ex imaginandi actione intellegere non potest; quae imagines quo clarius homini ea quae, si ageret, sequerentur demonstrant vel demonstrare possunt, eo aut melior et honestior aut turpior eius actio habenda esse videtur. Itaque Aristoteles[165]) pravitatem *κακίαν* 'Schlechtigkeit' in animae intellectualis, non sentientis corruptione posuit. Quibus pervestigatis facile intellegas imaginandi actio summam vim in appetitum quemque habeat oportere. Sed haec hactenus.

Quam vim imaginatio in sensus habeat.

Hac in quaestione primum, si sensus spectas, sentiendi actionem, quam sensuum instrumentis effici vides,[166]) ab eis quae Aristoteles *αἰσθήματα* dicere solet,[167]) ac deinde, si vim imaginandi respicis, imaginandi actionem ipsam ab imaginibus discernere debes.[168]) Quaerendum est igitur primum, quid sit, quod vim in sensus habeat, imaginandine actio ipsa an imagines. Non actionem imaginandi ad actionem percipiendi sensuum instrumentis per se vim habere facile inde intellegas, quod imaginatio tum demum agere potest, si sensus per se respicis, quum sensuum impressiones perfectae sunt;[169]) nam imaginatio ea est animae actio, qua imagines aliqua vi intellectuali adhibita nobis exsistunt i. e. ea, quae sensuum instrumentis accepta sunt, vi animae intellectuali, non tamen mente rectrice adhibita quasi in imagines vertuntur.[170]) Unde sequitur imagines 'Vorstellungen', (non imaginandi actionem,) sive eas iam in animo unâ praesentes esse, sive aliqua perceptione aliam

---

165) Eth. Nic. VII, 7. 1150ª 1 sqq. ib. II, 4. 1105ᵇ 31 sqq.

166) de an. 425ᵇ 23: *τὸ γὰρ αἰσθητήριον δεκτικὸν τοῦ αἰσθητοῦ ἄνευ τῆς ὕλης ἕκαστον.*

167) de mem. 456ª 30 sqq. de somn. 456ª 26: *τὸ γὰρ ἐνύπνιόν ἐστιν αἴσθημα τρόπον τινὰ κτλ.* Metaph. 1063ᵇ 1: *καὶ γὰρ τούτοις διὰ τὸ μὴ ὁμοίως διακεῖσθαι τὴν ἕξινκαὶ ὅθ' ὑγίαινον, οὐχ ὅμοια φαίνεται τὰ κατὰ τὰς αἰσθήσεις, αὐτὰ μὲν οὐδεμιᾶς διά γε τοῦτο μεταβολῆς κοινωνοῦντα τὰ αἰσθητά, αἰσθήματα δ' ἕτερα ποιοῦντα τοῖς κάμνουσι καὶ μὴ ταὐτά κτλ.*

168) cf. p. 22 sqq.

169) cf. p. 29 sq.

170) cf. p. 27 sqq.

imaginem excitatam alias celerrime suscitare vel procreare putas,[171]) ad res obiectas percipiendas vim aliquam eamque maximam habere. Duo autem sunt modi, quibus imagines ad percipiendi actionem vim habere possunt: aut sensuum instrumenta imaginibus adhibitis minus vel plus percipiunt quam sine illis, aut sensuum perceptiones, dum imagines in eas vim habent, clariores et maiore perspicuitate praeditae i. e. maiore cum vi effectae, (vel minus clarae,) ad mentem accedunt. Sensuum instrumentis minorem numerum rerum obiectarum easque non admodum clare percipi, si imagines ab animo repetitae ad ea vim habeant, manifestum est, quoniam imagines, quas animus pervolvit, facillime animi attentionem a rebus obiectis abducunt. Sensuum instrumenta autem per se uno eodemque tempore non maiorem, quamvis adhibitis imaginibus, rerum obiectarum multitudinem excipere posse ex locis Aristotelicis satis elucet. Nam neque unum idemque sensuum instrumentum unâ vi et actione plus quam unam perceptionem habere (duas autem res obiectas percipit, si illae miscentur i. e. in unam perceptionem, quasi in unitatem coierunt ita, ut sonus cum sono, color cum colore misceatur,) neque uno eodemque tempore plus quam una sensuum instrumentorum perceptio ad mentem pervenire potest. Multo autem minus uno eodemque tempore complurium perceptionum, quae diversis sensuum instrumentis effectae sunt, tibi conscius fieri possis.[172]) Quae quum ita sint, regio sensuum nostrorum minima esse debet. Attamen uno eodemque tempore aut uno

---

171) cf, p. 32 sqq.

172) de sens. 447ᵇ 9: *τῇ μιᾷ δὲ ἅμα δυοῖν οὐκ ἔστιν αἰσθάνεσθαι ἂν μὴ μιχθῇ· τὸ γὰρ μῖγμα ἓν βούλεται εἶναι, τοῦ δ' ἑνὸς μία αἴσθησις, ἡ δὲ μία ἅμα αὑτῇ. ὥστ' ἐξ ἀνάγκης τῶν μεμιγμένων ἅμα αἰσθάνεται, ὅτι μιᾷ αἰσθήσει κατ' ἐνέργειαν αἰσθάνεται· ἑνὸς μὲν γὰρ ἀριθμῷ ἡ κατ' ἐνέργειαν μία, εἴδει δὲ ἡ κατὰ δύναμιν μία. καὶ εἰ μία τοίνυν ἡ αἴσθησις ἡ κατ' ἐνέργειαν, ἓν ἐκεῖνα ἐρεῖ. μεμῖχθαι ἄρα ἀνάγκη αὐτά. ὅταν ἄρα μὴ ᾖ μεμιγμένα, δύο ἔσονται αἰσθήσεις αἱ κατ' ἐνέργειαν. ἀλλὰ κατὰ μίαν δύναμιν καὶ ἄτομον χρόνον μίαν ἀνάγκη εἶναι τὴν ἐνέργειαν· μιᾶς γὰρ εἰσάπαξ μία κίνησις καὶ χρῆσις, μία δὲ ἡ δύναμις. οὐκ ἄρα ἐνδέχεται δυεῖν ἅμα αἰσθάνεσθαι τῇ μιᾷ αἰσθήσει. . . . . φαίνεται γὰρ τὸ μὲν τῷ ἀριθμῷ ἓν ἡ ψυχὴ οὐδενὶ ἑτέρῳ λέγειν ἀλλ' ἢ τῷ ἅμα, τὸ δὲ τῷ εἴδει ἓν τῇ κρινούσῃ αἰσθήσει καὶ τῷ τρόπῳ.*

sensuum instrumento aut compluribus perplures res obiectas abs te percipi atque cognosci vides. Complures enim perceptiones uno eodemque tempore et uno sensuum instrumento vel pluribus habere potes easque per accidens. Nam si mel vides,[173]) colorem tantum gilvum mellis vides, non eius dulcedinem, quam oculis percipere omnino non poteris: mel dulce esse, id igitur, quamquam tibi persuasum est rem ita se habere, neque vidisti neque etiam nunc sensisti, sed priore tempore gustu dulcedinem percepisti eamque per se, colorem autem tum quasi per accidens, ita ut nunc, ubi colorem mellis vides etiam eius dulcedinis in mentem tibi veniat. Nam gilvi mellis coloris eiusque dulcedinis imagines vel notiones in animo tuo ita inter se coniunctae sunt, ut imago huius gilvi coloris ex recenti visus affectione profecta illam quoque mellis dulcedinis imaginem excitet; quod quì fieri possit iam supra demonstrare conati sumus. Itaque omnes sensuum perceptiones, quas nunc per accidens habes, quondam per se acceperis oportet. Eos autem, qui virili aetate florent, propterea quod plus experti sunt, multo plurimas sensuum perceptiones per accidens recipere inter omnes constat, quoniam in illis sensus aliqua perceptio eo plures imagines, vel qualitatum eius perceptionis vel omnino rerum, in animo suscitare potest, quo saepius aliqua res obiecta sensuum instrumentis percepta est quoque plurium rerum imagines omnino prioribus temporibus in animum sunt receptae. Praeterea sine illis quae per accidens accipiuntur sensuum perceptionibus vel potius imaginibus ex animo repetitis eruditionem generis humani difficillimam futuram esse neque quidquam ratione et via cogitari posse facile intellegas. Quam ob rem imaginatio vel potius imagines maximam vim et ad omnes litteras et ad artes aliasque res quae mentis actione nituntur, habere videtur. — Sed animi quoque attentionem imaginatione excitari, ita ut sensuum instrumentis res obiectae maiore perspicuitate atque diligentia percipiantur, manifestum est. Animi enim attentio ex aliqua voluntate proficiscitur, quae te impellit,

---

173) ib. 447ᵇ 21: *ἀλλὰ μὴν εἰ τὰ ὑπὸ τὴν αὐτὴν αἴσθησιν ἅμα ἀδύνατον, ἐὰν ᾖ δύο, δῆλον ὅτι ἧττον ἔτι τὰ κατὰ δύο αἰσθήσεις ἐνδέχεται ἅμα αἰσθάνεσθαι, οἷον λευκὸν καὶ γλυκύ.*

ut aliquam rem obiectam sensuum instrumentis accuratius perspectam in animum recipias. Voluntas autem est aliquod genus appetendi, atque appetitum non aliter nisi imaginibus oriri perspicuum est.[174]) Nam si quid appetis, imaginem certe appetitae rei in animo tuo esse necesse est. Sensuum autem perceptionibus *αἰσθήμασιν* alias quoque in animo imagines suscitari et quì fiat, ut illae cum his coniungantur, iam supra adumbravimus.

Corollarium.

Nunc paucis exponere liceat, quo modo imaginatio artes ingenuas moderetur. Etsi quae Aristoteles de origine ac cultu artium protulit in libris suis perpauca eaque dispersa sunt, tamen fieri potest, ut ex eis depromas et colligas, quae Aristoteles de artibus senserit eaque cum sententiis a recentibus ea de re propositis plane convenire videntur. Persaepe enim in libris Aristotelicis artes ingenuas, exceptis igitur eis artibus quae appellantur artes utiles vel necessariae (ut architectura[175]) et rhetorica[176]) arte), naturae opera sequi imitarique[177]) expla-

174) cf. p. 56 sq.

175) de an. 403b 3: *ὥσπερ οἰκίας ὁ μὲν λόγος τοιοῦτος, ὅτι σκέπασμα κωλυτικὸν φθορᾶς ὑπ' ἀνέμων καὶ ὄμβρων καὶ καυμάτων κτλ.* cf. et. Gust. Teichmüller, Ar. Philosophie der Kunst Halle 1869. p. 127: „Für Aristoteles konnte bei seinem bestimmten Begriff von der Nachahmung gar kein Zweifel entstehen. Dass die Gebäude nicht nachahmen und speciell nicht Handlungen und das menschliche Schicksal darstellen, liegt zu sehr auf der Hand; ebenso andrerseits die Abhängigkeit des Hauses von den äusseren Zwecken, wodurch die Baukunst durchaus mit den andern nützlichen Künsten auf eine Linie tritt. Er spricht daher niemals von ihr, wenn er die schönen Künste gliedert und vergleicht."

176) Eth. Nic. 1094b 2: *ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς ἐντιμοτάτας τῶν δυνάμεων ὑπὸ ταύτην* (sc. *τὴν πολιτικὴν*) *οὔσας, οἷον στρατηγικήν, οἰκονομικήν, ῥητορικήν.* Rhet. 1355a 20: *χρήσιμος δ' ἐστὶν ἡ ῥητορικὴ διά τε τὸ φύσει εἶναι κρείττω τἀληθῆ καὶ τὰ δίκαια τῶν ἐναντίων, ὥστε ἐὰν μὴ κατὰ τὸ προσῆκον αἱ κρίσεις γίγνωνται, ἀνάγκη δι' αὐτῶν ἡττᾶσθαι κτλ.* cf. Teichmüller l. c. p. 132: „Ar. stellt sie (sc. die Redekunst) als eine der geehrtesten Künste in den Dienst der Politik" etc. ib. 130: „Dass sie keine schöne Kunst ist, versteht sich nach seiner Definition gleich von selbst, denn es fällt dem Redner, welcher das Volk zu berathen sucht oder einen Angeklagten vertheidigt oder eine Lobrede hält, nicht im Entferntesten ein, nachzuahmen."

177) Polit. 1337a 1: *πᾶσα γὰρ τέχνη καὶ παιδεία τὸ προςλεῖπον βού-*

natum est. Si autem, qui artem colit, naturae opera imitari vult, illa, quae imitaturus est, eum sensuum instrumentis percepisse et diligenter contemplatum esse necesse est,[178]) priusquam imitetur. Nam in imitandis rebus animi attentionem oculosque in eam advertis materiam, quam ad imitandam naturam elegisti, ita ut, etiamsi res quas imitaturus es ante oculos tuos versantur, tamen neglectis omnibus ceteris nisi imagines quasi ex animo depromptas non imiteris. Quae quum ita sint, imagines, si rationem artis colendae spectas, summam vim in artes (praecipue in ingenuas) exercendas habere perspicuum est. Quo clariores enim et pulchriores rerum obiectarum imagines in ipso animo tuo habueris, eo clariora et pulchriora fore ea, quae finges vel pinges, facile intelleges. Ex quibus efficitur eum, qui artem colit, in imitando maiorem partem iis rebus moderari, quae eum circumdant: quas enim res accuratissime ac saepissime contemplatus eris vel contemplari potes, eas etiam accuratissime (fingendo, pingendo.) imitari poteris. — Ubicumque igitur imaginatio nihil habet, ex quo quasi nutrimentum capiat, ibi etiam artes certe eae ingenuae locum habere non possunt; unde sequitur artes ingenuas maxima ex parte imaginandi actione regi. — Quare imaginandi actionem in simulacra i. e. in speciem et formam deorum iisque similium animantium adumbrandam summam vim habere necesse esse facile intellegas: nam illae singulares quae adhibentur summae perfectionis imagines animo tuo informatae esse debent, priusquam eas inter se coniunctas ad unum simulacrum

---

λεται τῆς φύσεως ἀναπληροῦν. cf. Teichm. p. 43 sq. 90: „Die Kunst muss desshalb als ihre erste Aufgabe und ihr erstes Gebiet diess anerkennen, der Natur zu Hülfe zu kommen und das zum Ziele zu führen, was die Natur ohne diese Hülfe nicht fertig bringen kann. . . . Sie kann diess natürlich nicht anders als durch Erkenntniss, sowohl des Zieles und Wesens der Natur als auch der bewegenden Kräfte etc.“ — Phys. 199^a 15: *ὅλως τε ἡ τέχνη τὰ μὲν ἐπιτελεῖ ἃ ἡ φύσις ἀδυνατεῖ ἀπεργάσασθαι, τὰ δὲ μιμεῖται.* ib. 184^a 21 sq. Meteor. 381^b 6 sq. de mund. 396^b 12. Poet. 1147^a 16 sq.

178) Metaph. 1019^a 15—20; ib. 1034^a 21—26; ib. 1070^a 11 sq. ib. 1025^b 22 sqq. Phys. 196^b 21 sq. de gen. 740^b 25—30. cf. Teichmüller, p. 33. 74 sq.

fingendum vel pingendum adhibere possis. Quales igitur singulares summae perfectionis species sive imagines animo informatae sunt, talia opera vel simulacra ex iis proficiscentur.

Restat, ut pauca dicamus de lingua, quatenus vi imaginandi adhibita orta sit. Si accuratius in linguae originem inquisiveris, eam sine imaginandi actione neque oriri neque ortam adhiberi, neque etiam excoli potuisse persuasum habebis. Primum enim initium lingua, nisi forte eam a Deo hominibus perfectam dono datam esse putas, cepit ex imitatione ex eaque consuetudine,[179]) qua homines iudicant alia quoque animantia similia, si in eadem conditione sint, aeque aut similiter de certa re consultura esse; quem ad modum etiam hodie liberi alios homines ex seipsis aestimare solent. Antiquissimis certe illis temporibus homo non admodum compos sermonis et in eius quasi rudimentis tantum versatus, si quid alii, cuius consuetudine utebatur, homini significaturus erat, manibus gestum eumque aut minantem aut invitantem egisse videtur.[180]) Sed paullatim[181]) homo sonos, ut vicino aliquid significaret, adhibuit ita, ut quam rem explanaturus erat, eius rei sonum imitaretur, ut exemplum afferam, si de aliqua ave vel aliquo homine loqui volebat, eius voce utebatur, id quod illum non facturum fuisse putamus, nisi in alio quoque simili animanti eadem sensuum instrumen-

---

179) Eth. Nic. 1103ª 26: *ἔτι ὅσα μὲν φύσει ἡμῖν παραγίνεται, τὰς δυνάμεις τούτων πρότερον κομιζόμεθα, ὕστερον δὲ τὰς ἐνεργείας ἀποδίδομεν. ὅπερ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων δῆλον·* — Metaph. 1049ᵇ 29: *διὸ καὶ δοκεῖ ἀδύνατον εἶναι οἰκοδόμον εἶναι μὴ οἰκοδομήσαντα μηθὲν ἢ κιθαριστὴν μηθὲν κιθαρίσαντα· ὁ γὰρ μανθάνων κιθαρίζειν κιθαρίζων μανθάνει κιθαρίζειν, ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄλλοι.*

180) cf. Marty, üb. d. Ursprung der Spr., Würzb. 1875. p. 63 sqq.

181) Metaph. 1047ᵇ 31: *ἁπασῶν δὲ τῶν δυνάμεων οὐσῶν τῶν μὲν συγγενῶν, οἷον τῶν αἰσθήσεων, τῶν δὲ ἔθει, οἷον τῆς τοῦ αὐλεῖν, τῶν δὲ μαθήσει οἷον τῆς τῶν τεχνῶν, τὰς μὲν ἀνάγκη προενεργήσαντας ἔχειν ὅσαι ἔθει καὶ λόγῳ, τὰς δὲ μὴ τοιαύτας καὶ τὰς ἐπὶ τοῦ πάσχειν οὐκ ἀνάγκη.* — ib. 1048ª 5 sqq. cf. Teichm. l. p. 378: „Aristoteles geht überall von der Anschauung aus, dass Natur und Zufall bei der Ausbildung zusammenwirken. Das Natürliche liegt in der Anlage, in den bestimmten Kunstkräften und Trieben . . . . Der Zufall ist aber nicht ausgeschlossen. Er wird durch die Personen, welchen grade eine grössere Begabung zukam, und welche zuerst diese oder jene Kunstmittel erfanden d. h. fanden."

torum affectione eandem vel certe similem imaginem effici non ignorasset. Illud autem in eum quoque sermonem quo nosmet ipsi utimur cadit: neque enim umquam fieri posset, ut homines quidquam inter se statuerent, nisi unaquaeque vox eandem vel similem imaginem et notionem, atque eam quam homo alter vel potius magna pars hominum cum illa voce coniunxit, in altero quoque qui audivit homine excitaret. Quem ad modum in arte colenda eius rei quam pingere vis forma et imago in te ipso sit oportet, antequam pingas, ita, si aliquam rem sermone [182]) explicaturus es, eas tantum voces sive sonos adhibebis, qui cum illis imaginibus, quae paullo ante explicationem animo tuo obversabantur apud multos vel apud complures certe homines coniuncti sunt, si ea, quae dicis, intellegi velis.[183])

Qui autem factum sit, ut sermo per tempora imaginandi actione mutaretur et excoleretur, quo modo vis et imaginandi et cogitandi sermonis subsidio vicissim crescere possit,[184]) ac quantam vim imaginatio etiam in intellectum ipsum habeat, ea alio loco accuratius exponere liceat.

---

182) de herm. 4. 16^b 26: *λόγος ἐστὶ φωνὴ σημαντική, ἧς τῶν μερῶν τι σημαντικόν ἐστι κεχωρισμένον ὡς φάσις, ἀλλ' οὐχ ὡς κατάφασις.* Poet. 20. 1457^a 23 sq. cf. Steinth. Gesch, der Sprachw. p. 247.

183) Rhet. 1404^a 2: *ὁ λόγος ἐὰν μὴ δηλοῖ οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον κτλ.*

184) de sens. 437^a 12: *ὁ λόγος αἴτιός ἐστι τῆς μαθήσεως ἄκουστος ὤν κτλ.*

INDEX.

Pagina

Introductio 5

I. **Definitur quid sit imaginatio** . . . . 6—55

1. De locis definitionem spectantibus, de eorum pretio atque commentatoribus . . . . 6—34

a. explanatur, quid imaginatio ex Aristotelis iudicio non sit 6—21

α. eam non esse sensuum perceptionem . . . . 7—18

1. argumentum primum idque prorsus aptum 7

2. argumentum secundum 7

a. Quae Aristoteles contendit, si formam spectas, improbanda esse 7

b. Schellii sententia 8

c. Campii sententia . . . . 8—9

d. Torstrikii sententia . . . . 10—11

e. de difficultate quae in ipsa Aristotelis sententia insit 11

3. argumentum tertium . . . . 12—13

a. Trendelenburgii sententia 13

b. Freudenthalii sententia 13

c. Torstrikii sententia 13

4. argumentum quartum . . . . 13—18

a. accuratius id constituitur causaque subiungitur . . 13—14

b. num certa obiecta omnibus sensibus percipiantur inquiritur 14

c. perceptio κατὰ συμβεβηκός . . . . 15—16

5. argumentum quintum 18

β. eam non effici cogitando . . . . 18—23

1. cur res non ita se habere possit 18

2. non tria exstare genera iudiciorum cum cogitandi actione coniunctorum 19

3. cur opinio vera aut falsa sit . . . . 19—20

b. quid sit imaginatio ex Aristotelis iudicio 21

c. quodnam videri possit vitium esse definitionis Aristoteleae 22—23

d. definitio quam consequi videmus ex accuratâ rei consideratione . . . . 23—34

1. imaginandi actio ad materiam adnexa est . . . . 24—26

2. imaginatio praebet imagines et praesentium et absentium rerum 27

3. eae imagines non sine imaginatione inter se copulantur 27

4. imaginatio non solum singulares imagines praebet . 28

Pagina

5. actio imaginandi non sic evenit, ut eius nobis conscii simus . . . . 28—29
6. attamen evenit vi quadam spirituali 29
7. eam vim verisimile est originem habere ab ea animae parte quae dicitur νοῦς ποιητικός 30
8. contrariae sententiae . . . . 30—34

2. Consideratur fundamentum quo nititur imaginatio . . . . 34—49

a. affectiones, qualesque eae sint . . . . 34—36
contrariae antiquorum de ea re sententiae . . . . . . 36—37

b. affectiones non in sensu manent, sed perveniunt ad medium sentiens . . . . 37—40
1. contrariae recentium sententiae 41
2. videtur repugnare secum ipsa Aristotelis sententia . 41
3. loci Aristotelici ad eam rem pertinentes cum Aristotelis sententiâ alioquin explanatâ conveniunt i. e. verum assequuntur. Coniecturae adhibentur . . . . . . 42—44

c. affectiones nisi in medio sentienti non convertuntur in imagines . . . . 44—46

d. quibus conditionibus hoc fiat . . . . 46—47

e. num affectiones et imagines permaneant in medio sentienti! 47—49

f. quomodo possit transitus fieri affectionum ex materia corporea in spirituale, eam quaestionem omnino solvi non posse 49

3. Omnia animalia habent imaginationem . . . . 50—51

a. conditiones ad eam necessariae in omnibus animalibus insunt 51

b. omnia animalia habent imaginationem ex interna necessitate 51

c. idque testantur loci 51

d. consideratur id quod videtur pugnare cum definitione . . 51—52

4. Duplex imaginandi genus esse 53

a. loci aperte testantur 53

b. deinde ex aliis locis et omnino ex Aristotelis doctrinae ratione consequitur 53

c. recordatio ad φαντασίαν βουλευτικὴν pertinet . . . . . 53—55

d. non habent eam nisi homines et animalia uberius instructa 55

e. de significatione vocis φάντασμα (φαντασία) 55

f. de somniis 55

II. **Quam vim habeat imaginatio in inferas animae facultates** . . . . 55—65

1. in cupiditates . . . . 55—62
2. in sensus . . . . 62—65

Corollarium.

Quam vim habeat imaginatio

a. in artes . . . . 65—67

b. in linguam . . . . 67—68